

PA 4494

.A8 L3

Copy 1

PA 4494

.A8 L3

Copy 1

DE

XENOPHONTIS QUAE DICITUR APOLO-
GIA ET EXTREMO COMMENTARIORUM
(Socrate) CAPITE.

DISSERTATIO

INAUGURALIS PHILOLOGICA

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE AMPLISSIMI
PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN

ACADEMIA FRIDERICIANA HALENSI CUM
VITEBERGENSI CONSOCIATA

AD

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE CAPESSENDOS


UNA CUM THESISIBUS A SE PROPOSITIS

DIE XVII. M. MAJI A. MDCCCLXXIII

PUBLICICE DEFENDIT

RUDOLPHUS LANGE

BEROLINENSIS



OPPONENTIUM PARTES SUSCIPIENT:

H. TIEDKE, DR. PHIL.

H. MEYER, STUD. HIST.

HALIS SAXONUM

TYPIS EXPRESSIT GUSTAVUS LANGE (OTTO LANGE), BEROLINI.

PA4494
A8L3

ADOLPHO KIRCHHOFFIO

PRAECEPTORI CARISSIMO.

Apologiae Socratis quae Xenophontis nomine traditur, postremoque commentariorum capiti et sententias et dictiones communes esse, ut eum qui alterum conscripsit, alterum in manibus habuisse necesse sit, neminem adhuc fugerit, quisquis utramque particulam vel obiter legerit. Jam cum Valckenarius primus argumentis non allatis Apologiam „capitali Xenophontis ingenio“ indignam iudicasset¹⁾ in qua nihil alicuius momenti inveniretur, quod non in commentariis legeretur²⁾, posteriores ut Delbrückius³⁾ Schneiderus⁴⁾ in eam opinionem inciderunt, ut maximam Apologiae partem e postremo capite exscriptam et a Xenophonte compositam non esse putarent. Hi tamen magis eximium Valckenarii in his rebus iudicium, quam suum ipsorum secuti esse videntur; nam cum scriptorem Apologiae commentariorum verba contraxisse demonstrare studerent, praeoccupata opinione ducti, ei iniuriam fecerunt⁵⁾. Itaque cum illi in hac quaestione tractanda opinionibus magis quam firmis argumentis ducerentur, facile alii obloqui poterant, ut Bornemannus⁶⁾ et qui accuratius paulo

1) cf. eius adnotationes in Xenophontis ἀπομνημονεύματα s. v. ἀπομνημονεύματα.

2) cf. adn. ad III, 3, 9.

3) Xenophon zur Rettung seiner durch Niebuhr gefährdeten Ehre. Bonn 1829.

4) in editione Memor. Lips. 1801.

5) ut Schneiderus in adn. ad §§ 1, 8, 32, 34.

6) in editione sua Lips. 1824.

in hanc rem inquisivit, Geelius⁷⁾). Qui utraque particula comparata cum statuerent, postremum commentariorum caput ex Apologia quae dicitur exscriptum et Xenophonti abiudicandum esse, recte statuisse mihi videntur. Tamen uterque non ita de hac re egit, ut omnibus suam sententiam probaret, cum veris falsa admisceret. Deinde non recte eum locum, quem postremo capiti ademerant, Apologiae concesserunt, rati, eam a Xenophonte ad conficiendos commentarios compositam esse. Mirandum est, quod Cobetus ad hanc eorum sententiam accessit⁸⁾. Paulo post Hugius quamquam Apologiam a Xenophonte compositam non esse certis quibusdam argumentis probavit, tamen alterum rursus vitium commisit, cum Apologiam maxima ex parte e capite octavo confectam opinaretur⁹⁾. Dindorfius primus utramque particulam Xenophonti abiudicavit. Sed dolendum est, quod hanc quaestionem brevius tractavit paucisque verbis tetigit, utra particula ex altera exscripta esset¹⁰⁾. Quo factum est, ut cum illi postremum caput se ipsum refellere videretur et a consilio praemissi libri alienum, Breitenbachio¹¹⁾ illud caput optime commentariorum consilio convenire videretur; concedit tamen, sententias nimis absurdas in illo capite inveniri, quas ab alio insertas esse putat. Quare cum lites inter homines doctos nondum diremptae videantur, num utraque particula Xenophonti abiudicanda et utra ad alteram conficiendam adhibita sit, novam de his rebus quaestionem instituere et hanc rem absolvere, quantum fieri potest, non ab re duxi. Hanc quaestionem ita instituiam, ut primum Apologiam, deinde postremum caput Xenophonti abiudicanda esse eumque qui

7) de Xenophontis Apologia Socratis ac postremo Memorabilium capite 1836.

8) cf. Novae Lectiones. 1858. p. 678.

9) In „Köchly Reden und akadem. Vortr.“ Zürich 1859.

10) cf. Praef. XIII, XIV, XVIII pgg. Oxoniensis editionis.

11) cf. eius edit. Berlin 1870.

caput illud scripsit, Apologiam ad illud conficiendum adhibuisse demonstrem, denique pauca de collectione Xenophonteorum operum addam.

Apologiam ab alio compositam esse, quo melius exponam, argumentum eius breviter adumbrandum est.

Scriptor dicit, multos quidem de Socratis morte exposuisse eiusque magniloquentiam omnes assecutos esse, sed cur ille magnifice locutus esset, non distincte aperuisse. Quare eam stultam videri posse. Causa autem erat, quod illi tum ipsum mori melius visum erat, quam vivere. Ad quam rem illustrandam sermonem habitum a Socrate cum Hermogene, qui eum memoriae tradiderit, refert. In hoc Socrates Hermogeni mirato, cur non excogitaret, quo se apud iudicos defenderet, respondet, totam suam vitam apologiam esse. Cum tamen nihilominus bis defensionem meditari temptavisset, se a deo monitum, melius de se actum iri, si nunc e vita decederet, quam optime degisset; si vitam produceret, se senectutis incommodis obnoxium fore et quo validior animus corpusque morientis esset, eo maius eius desiderium futurum esse. Itaque se ipsum virtutes suas commemorantem commissurum esse, ut a iudicibus condemnaretur (1—10). Deinde apud iudices causam dicere fingitur: mirum esse, quod in crimen iuventutis corruptae et religionis contemptae vocatus sit, qui semper publica privataque sacra fecerit et ab Apolline propter virtutes laudatus sit. Iudicibus ob hanc superbam orationem iratis exponit, quo iure hanc laudem assecutus sit; neque enim umquam se cupiditatibus servivisse, disciplinae suae mercedem exegisse, sed semper discendi cupiditate flagrasse, multis acceptum fuisse nullorumque mores depravavisse (10—22). Neque tamen scriptor omnia, quaecumque Socrates eiusque amici in iudicio dixerant, repetere in animo habet, sed demonstrasse satis ei videtur, Socratem neque contra deos neque contra homines peccavisse. Socrates autem innocentiae suae conscius litem

aestimare noluit, neque permisit, ut ab amicis liberaretur (22—24). Deinde his intermissis ille iterum ad crimina refellenda rediisse dicitur, haec addens: sibi iniuria condemnato plus gloriae, quam iudicibus futurum (24—27). Laetus deinde in carcerem abit amicos prosequentes consolans ridensque Apollodori stultam quærellam. Anyto praetereunti vaticinatur, filium ad omnia vitiorum genera prolapsurum esse. Postremo narratur, quem ad modum ille in morte obeunda se gesserit et animae suae virtutem exhibuerit (27—33).

Mitto quae a viris doctis disputata sunt, utrum Xenophontem qui magistrum suum iam prioribus commentariorum capitibus ab accusatorum criminibus vindicare studuerat, denuo in hac Apologia hoc fecisse credi possit, necne, sed ad argumenta e rebus ipsis petenda transeo.

Quicumque hanc particulam scripsit, Socratem eisdem argumentis eisdemque paene verbis se defendentem apud iudices facit, quibus Xenophon commentariorum prioribus capitibus magistrum a criminationibus vindicare studuerat. Hoc si verum est, Xenophon haec scribere non potuit. Nam ut Socrates non ita causam dixerit, Xenophon illam Apologiam fingere non potuit eo tempore, quo multi illum aliter causam suam egisse non nesciebant; ut autem Socrates re vera sic se defenderit, Xenophon magnam ignominiam suscepisset, si in commentariis eas sententias quae ab illo in iudicio prolatae erant, suas esse finxisset.

Is autem qui commentarios ad hanc particulam conscribendam adhibuit, verba illorum plane non intellexit: Nam in vigesima paragrapho Meletus Socrati crimini vertisse dicitur, quod iuvenibus persuasisset, ut sibi magis, quam parentibus oboedirent: ἀλλὰ νὰ μὰ Δία, ἔφη ὁ Μέλητος, ἐκείνους οἶδα οὐς σὺ πέπεικας σοὶ πείθεσθαι μᾶλλον ἢ τοῖς γειναμένοις. Socrates hoc concedit, quod ad educationem pertineat et addit argumenti loco: περὶ ὑγείας τοῖς ἰατροῖς μᾶλλον οἱ ἄνθρωποι πείθονται ἢ τοῖς γονεῦσι.

Dubitari non potest, quin scriptor hic sententias quae (I, II, 52), in usum suum converterit: ἔφη ὁ κατηγοροῦν τὸν Σωκράτη ἀναπειθόντα τοὺς νέους ὡς αὐτὸς εἶη σοφώτατός τε καὶ ἄλλους ἰκανώτατος ποιῆσαι σοφοὺς οὕτω διατιθέναι τοὺς ἑαυτοῦ συνόντας, ὥστε μηδαμοῦ παρ' αὐτοῖς τοὺς ἄλλους εἶναι παρ' αὐτόν et quae secuntur: ἐγὼ δὲ αὐτόν οἶδα μὲν καὶ περὶ πατέρων τε καὶ τῶν ἄλλων συγγενῶν ταῦτα λέγοντα. In commentariis Socrates eodem modo haec confirmasse dicitur: § 51 οὔτε τοὺς κάμνοντας οὔτε τοὺς δικαζομένους οἱ συγγενεῖς ὠφελοῦσιν, ἀλλὰ τοὺς μὲν οἱ ἱατροί, τοὺς δὲ οἱ συνδικεῖν ἐπιστάμενοι. Tamen non Meletus, sed Polycrates sophista hoc crimini vertit, qui sex minimum annis post Socratis mortem accusationem scripserat¹²⁾. Hunc igitur, quem Xenophon nomine omisso τὸν κατηγοροῦν significare solitus est (I, II, 9, 12, 26, 49, 51, 56, 58) Meletum esse opinatus, homo recentior Socratem contra criminationes quae mortuo datae erant, se defendentem induxit.

In iis quae e commentariis sumpsit et in suum usum convertit, hic verba mutavit, illic sententias apposuit, ut ubique fere alienam manum facile cognoscas. Prima quibus se defendisse Socrates dicitur verba: ἀλλ' ἐγὼ, ὦ ἄνδρες, τοῦτο μὲν πρῶτον θαυμάζω Μελήτου, ὅτω ποτὲ γνοὺς λέγει ὡς ἐγὼ οὐδ' ἢ πόλις νομίζει θεοὺς οὐ νομίζω, e primis commentariorum verbis: πολλάκις ἐθαύμασα τίσι ποτὲ λόγοις Ἀθηναίους ἔπεισαν οἱ γραψάμενοι et § 2 πρῶτον μὲν οὖν ὡς οὐκ ἐνόμιζεν οὐδ' ἢ πόλις νομίζει θεοὺς ποῖω ποτὲ ἐχρήσαντο τεκμηρίω confecta sunt. Recentior ille homo Meleti accusatoris illius nomen posuit, quod a Xenophontis consuetudine alienum est. Is enim ut Polycratem

¹²⁾ memoraverat enim in illa accusatione moenia Athenarum a Conone restituta. cf. Phavorinum ap. Diog. Laert. 39. De Polycrate ipso disputaverunt copiose Cobetus Nov. Lect. p. 726 sqq. Dindorf. in Praef. Oxon. ed. XX sqq.

sophistam τὸν κατήγορον, sic tres illos accusatores, Meletum, Anytum, Lyconem τοὺς γραψαμένους omisso nomine appellare solitus est. Semel (I, II, 62) τὸν γραψάμενον dixit, haut dubie Meletum, qui accusatorium libellum scripserat, respiciens. Memoria dignum est, quod in suspectis partibus ut in octavo Memorabilium capite (§ 4) et in prohoemio cap. IV, libri IV § 4, idem nomen positum est. In iis quae secuntur ἐπεὶ θύοντά γε με ἐν ταῖς κοιναῖς ἐορταῖς καὶ ἐπὶ τῶν δημοσίων βωμῶν καὶ οἱ ἄλλοι παρατυγχάνοντες ἐώρων καὶ αὐτὸς Μέλητος εἰ ἠβούλετο extrema apposuit et prima e commentariorum verbis variavit θύων τε γὰρ φανερός ἦν πολλάκις μὲν οἴκοι, πολλάκις δὲ ἐπὶ τῶν κοινῶν τῆς πόλεως βωμῶν. Quamquam ea quae in Apologia leguntur, per se quidem reprehendi non possunt, tamen comparanti quae in commentariis opponuntur οἴκοι et ἐπὶ τῶν κοινῶν βωμῶν haec meliora esse videbuntur. Quae proxime secuntur καινά γε μὴν δαιμόνια πῶς ἂν ἐγὼ εἰσφέροιμι λέγων ὅτι θεοῦ μὲν φωνῇ φαίνεται σημαίνουσα ὅτι χρὴ ποιεῖν· καὶ γὰρ οἱ φθόγγους οἰωνῶν καὶ οἱ φήμαις ἀνθρώπων χρώμενοι φωναῖς δήπου τεκμαιρόμενοι; βροντὰς δὲ ἀμφιλέξει τις ἢ μὴ φωνεῖν ἢ μέγιστον οἰωνιστήριον εἶναι et quae § 13 leguntur e §§ 3, 4, 5 primi commentariorum capituli sumpta sunt. In verbis addendis mutandisque se Xenophontem non esse ipse demonstrat; ille enim neque verbo ἀμφιλέγειν dubitandi vim tribuit¹³⁾ neque οἰωνιστήριον pro οἰωνός dicere potuit; hoc enim vocabulum nisi a recentioribus scriptoribus usurpatum non est. Alias quoque, ubi non universas sententias furatus est, alienae originis vestigia apparent ut §§ 16 et 17 ὅςπερ οὐδενός οὔτε δῶρα οὔτε μισθὸν δέχομαι et τὸ πολλοὺς μὲν πολίτας τῶν ἀρετῆς ἐφιεμένων, πολλοὺς δὲ ξένων προαιρεῖσθαι ἐμοὶ ξυνεῖναι e I, II, 60 sumpta videntur: ἐκεῖνος γὰρ πολλοὺς ἐπιθυμητὰς καὶ ἀστοὺς καὶ ξένους λαβῶν

13) nam in Anab. 1, 5, 11 significat rixari.

οὐδένα πάποτε μισθὸν τῆς συνουσίας ἐπράξατο. Certissimum est, eam sententiam quae § 19 legitur: σὺ δὲ εἰπέ εἴ τινα οἴσθα ὑπ' ἐμοῦ γεγενημένον ἢ ἐξ εὐσεβοῦς ἀνόσιον ἢ ἐκ σώφρονος ὑβριστῆν ἢ ἐξ εὐδίαίτου πολυδάπανον ἢ ἐκ μετριοπύτου οἰνοφλύγα ἢ ἐκ φιλοπόνου μαλακὸν ad similitudinem eius quae I, II, 2 invenitur sententiae fictam esse: πῶς οὖν αὐτὸς ὧν τοιοῦτος ἄλλους ἂν ἢ ἀσεβεῖς ἢ παρανόμους ἢ λίγνους ἢ ἀφροδισίων ἀκρατεῖς ἢ πρὸς τὸ πονεῖν μαλακοὺς ἐποίησεν; Comparata utraque sententia apparet, quantum operae homo ille in amplificando variandoque sermone posuerit. Substituit autem ea verba quae ab Atticorum usu plane abhorrent, ut εὐδίαιτος, μετριοπύτης. In iudici fine Socrates iterum se defendere a criminibus aggressus dicitur § 25 hisce verbis: ἐφ' οἷς γε μὴν ἔργοις καίται θάνατος ἢ ζημία, ἱεροσυλία, τοιχωρυχία ἀνδραποδίσει, πύλειως προδοσίᾳ οὐδ' αὐτοὶ οἱ ἀντίδικοι τούτων πρᾶξάτι τι κατ' ἐμοῦ φασιν, quae verba e I, II, 62, conficta sunt: εἴαν τις φανερὸς γένηται κλέπτων ἢ λωποδουτῶν ἢ βαλλαντιστομῶν ἢ τοιχωρυχῶν ἢ ἀνδραποδιζόμενος ἢ ἱεροσυλῶν, τούτοις θάνατός ἐστι ζημία. Eum qui Apologiae verba composuit, constantem Atticorum usum neglexisse, cum ἀνδραπόδισις pro Atticorum ἀνδραποδισμός scriberet, in aperto est. Praeterea aliunde quoque verba sententiasque sumpsit; nam quae § 33 inveniuntur ἔτι γὰρ καὶ νῦν ὁ Παλαμῆδης καλλίους ὕμνους παρέχεται Ὀδυσσέως τοῦ ἀδίκως ἀποκτείναντος αὐτὸν ita similia sunt eis quae in comm. IV, II, 33 leguntur: τὸν δὲ Παλαμῆδην πάντες ὕμνοῦσιν ὡς διὰ συρίαν φθονηθεὶς ὑπὸ τοῦ Ὀδυσσέως ἀπόλλυται, ut vix dubium sit, quin Apologiae scriptor hinc sententiam suam sumpserit.

His argumentis quibus res plane conficitur, aliud addendum esse censeo, nequis forte credat, ea quae Socratis defensionem antecedunt, a Xenophonte esse composita et quae a § 10 secuntur, eis ab aliena manu addita esse.

In colloquio illo, quod scriptor ab Hermogene traditum dicit, Socrates nonnulla dixisse dicitur, quae reapse dicere nullo pacto poterat: εἰ γὰρ τοῦτο διεπραξάμην (intell. τὰ ἀποφρευκτικά) δῆλον ὅτι ἡτοιμασάμην ἂν ἀντὶ τοῦ ἤδη λῆξαι τοῦ βίου ἢ νόσοις ἀλγυνόμενος τελευτῆσαι ἢ γῆρας εἰς ὃ πάντα τὰ χαλεπὰ συρρεῖ καὶ μάλα ἔρημα τῶν εὐφροσυνῶν et § 6 οἶδ' ὅτι ἀνάγκη ἔσται τὰ τοῦ γῆρας ἀποτελεῖσθαι. Licet extrema prioris enuntiati verba non integre tradita sint, tamen patet, Socratem veritum, ne in senectutis mala incideret, si vitam produceret, tunc ipsum mori praestare existimavisse. Recte Schneiderus observavit, eum qui plus septuaginta annos natus erat¹⁴⁾ haec dicere nequivisse, cum ipse iam senex esset. Iam cum in hunc errorem is solus devenire posset, qui aut nesciebat aut animo non reputavit, ad quos aetatis annos Socrates mortis tempore proventus esset, credi non potest, Xenophontem aut quemvis alium discipulorum Socratem ea dicentem fecisse. Ceterum in ipsis his verbis amplificantis et exaggerantis scriptoris vestigia apparent: neque enim senectus omnibus malis affluit omnibusve deliciis caret¹⁵⁾.

Iam cum prae fracte negandum sit, haec omnia a Xenophonte conscripta, de reliqua Apologiae condicione agendum et ceterae sententiae examinandae sunt, quo melius de scriptoris indole iudicare possimus.

E primis verbis Σωκράτους δὲ ἄξιόν μοι δοκεῖ εἶναι μεμνήσθαι καὶ ὡς ἐπειδὴ ἐκλήθη εἰς τὴν δίκην ἐβουλεύσατο περὶ τε τῆς ἀπολογίας καὶ τῆς τελευτῆς τοῦ βίου apparet, hanc quae dicitur Apologiam eo consilio compositam esse, ut ceteris particulis, quibus Socratis memoria redintegrabatur et posteritati tradebatur, adderetur: Aliter enim nec

¹⁴⁾ Pl. Apol. 17 D.

¹⁵⁾ cf. huius generis amplificationes recentiorum Oec. IV, 19 ubi dicuntur πολλὰι μυριάδες ad Cyrum minorem transfugisse; epil. Cyrop. §§ 4, 7, 12, 15.

dè nec μεμνησθαι καὶ perspicuum esset; Cumque extremis huius particulae verbis mors Socratis perhibeatur et toto hoc scripto narratio de supremis vitae diebus contineatur, is qui haec scripsit, commentariis finem imponere in animo habuit. Sequitur, eundem octavum caput, quod eodem consilio commentariis additum est, non cognovisse; nisi tu putas, hominem otiosum animi voluptatisque causa ea conscripsisse. Tamen ea quae secuntur, certissimum reddunt, revera Apologiae scriptorem octavum illud caput non novisse; negat enim, quemquam ante se distincte docuisse, magistro mortem tum ipsum praeferendam fuisse vitae; tamen idem dilucide prima octavi capitis paragrapho explanatur: ἐννοησάτω πρῶτον μὲν ὅτι οὕτως ὁ Σωκράτης ἤδη τότε πόρρω τῆς ἡλικίας ἦν, ὥστε εἰ καὶ μὴ τότε, οὐκ ἂν πολλῶ ὕστερον τελευτῆσαι τὸν βίον, εἴτα ὅτι τὸ μὲν ἀχθεινότερον τοῦ βίου — ἀπέλιπεν et deinde eodem colloquio, quod in Apologia legitur (cf. § 6 et 8). Igitur si hoc caput commentariis adiectum invenisset, dicere non poterat, neminem distincte causam magniloquentiae a Socrate adhibitae docuisse. Neque tamen diiudicare licet, utrum ille Oeconomicum a commentariis seiunctum an coniunctum viderit. Is enim libellus cum ab his ce verbis incipiat; ἤκουσα δὲ ποτε αὐτοῦ καὶ περὶ οἰκονομίας τοιάδε διαλεγομένου a Xenophonte cum altero libro, quo Socratis colloquia continentur, coniunctus non esse non potest. Constat, eum iam ante Ciceronis aetatem nescio qua re a commentariis segregatum esse¹⁶). Clausula autem ea, quam homo ille recentior commentariis Apologia additur, apta est Oeconomico cum iis coniuncto vel sciuncto. Consideranti porro, quod consilium scriptor se secutum esse primis verbis declarat: μεμνησθαι ὡς ἐπειδὴ ἐκλήθη εἰς τὴν δίκην ἐβουλεύσατο περὶ τε τῆς ἀπολογίας καὶ τῆς τε-

¹⁶) Cicero de senectute 17, 59.

λευτῆς τοῦ βίου mirum videbitur, quod complures res complexus est, quae minus huc pertinent. Nam cum consilio illi colloquium Socratis in medium prolatum suffecisset, tamen adiunctum est, quem ad modum ille in causa dicenda se gesserit. Quod non ita moleste ferremus, si eo consilio additum esset, ut quae Socrates se facturum promiserat, (§ 9, τὸ τοὺς δικαστὰς βαρύνειν) re ipsa illustrarentur. Iam quamvis ei qui Apologiam perlegerit, scriptor hoc praecipue egisse visurus sit cum § 32 haec dicat Σωκράτης δὲ διὰ τὸ μεγαλύνειν ἑαυτὸν ἐν τῷ δικαστηρίῳ φθόνον ἐπαγόμενος μᾶλλον καταψηφίζεσθαι ἑαυτοῦ ἐποίησε τοὺς δικαστὰς, tamen de hoc illius consilio cogitare quasi prohibemur, cum § 22 dicat: οὐ τὰ πάντα εἰπεῖν τὰ ἐκ τῆς δίκης ἐσπούδασα, ἀλλ' ἤρκεσέ μοι δηλῶσαι, ὅτι Σωκράτης τὸ μὲν μῆτε περὶ θεοῦς ἀσεβῆσαι μῆτε περὶ ἀνθρώπων ἀδικῶς φανῆναι περὶ παντὸς ἐποιεῖτο; igitur praeter illud aliud consilium in proferenda Socrates defensione secutus est. Cur non potius hic dixit, satis sibi esse demonstrasse, Socratem magniloquentia adhibita iudices commovisse, ut se morte exoptata multarent? Quae deinde usque a § 27 secuntur, a consilio in principio significato plane abhorrent, cum Socrates quemadmodum condemnatus mortis se gesserit narretur. Satis hoc documenti est, scriptorem illum, qui varias res coacervavit, male sanum fuisse. Cum hac autem satura, ut ita dicam, cuius dimidia tantum pars orationem apud iudices habitam continet, titulus Apologiae male convenit, praesertim cum Socratem defendendi consilium ad alterum illud, quo demonstrare voluit, eum iudices ad condemnandum commovisse, tantum modo accedat. Quare recte Dindorfius titulum a librariis postea e verbis ὡς ἐβουλεύσατο περὶ τῆς ἀπολογίας praepositum esse, conicere mihi videtur.

E verbis γεγράφασι περὶ τούτου καὶ ἄλλοι καὶ πάντες ἐτυχον τῆς μεγαληγορίας αὐτοῦ, ᾧ καὶ δῆλον ὅτι τῷ ὄντι

οὕτως ἐρρήθη ὑπὸ Σωκράτους, apparet, eos qui de eadem re scripserant, non vera Socratis verba tradidisse, sed suis ipsorum verbis colloquiis ut videtur fictis illius magniloquentiam bene expressisse. Dilucide enim illorum narratio a vera Socratis oratione discernitur. Iam cum Apologiae scriptor ea quae illi omiserant, communicet et ab Hermogene illius discipulo relata esse dicat, possit quispian suspicari, hunc sermonem reapse a Socrate habitum esse. Quantum tamen huic rei, quod Hermogenes ea retulisse dicitur, fidei tribuendum sit, ex eo iudicare potes, quod idem tradidisse dicitur, quomodo Socrates apud iudices se defendisset (10 ἔφη παρελθόντα αὐτόν εἰπεῖν 20 φάναι τὸν Σωκράτη 21 εἰπεῖν τὸν Σωκράτη 24 εἰπεῖν αὐτόν). Haec a scriptore impudenter conficta sunt, nisi forte Hermogenem ea commentum putas, id quod veri dissimillimum est. Igitur qui in altera parte in manifesto mendacio tenetur, eine in ceteris quicquam credendum esse censes? Tamen ut diiudicetur, utrum colloquium illud a Socrate habitum, an a scriptore fictum sit, ipsae sententiae perpendendae sunt. Socrates Hermogeni miranti, cur non defensionem meditetur, respondet, totam suam vitam quasi apologiam esse. Verum tamen cum ille iudices multos insones iam condemnasse, multos tamen sontes liberasse oratione adductos obiciat, magister confitetur, se iam bis ad defensionem parandam aggressum a daemone prohibutum esse. Hanc defensionem non potest non eo consilio meditari voluisse, ut a mortis condemnatione, quantum fieri posset, se vindicaret. Neque enim intellegeres, cur daemonium ei refragaretur et Socrates nihilominus postea se defenderet. Socrate autem, cui persuasum erat, mortem tunc temporis vitae praeferendam esse, plane indignum erat, eam defensionem excogitare, qua iudices commoveret, ut se absolvent. Porro incredibile est, eum, qui sapientissimus illa aetate et erat et habebatur, bis meditari temptasse, cum tamen *semel* a daemone impeditus iam intellegere

posset, qualis esset eius voluntas atque consilium. Neque haec Socratis agendi ratio probabilior fit, si ponis, eum amicorum precibus adductum esse, ut defensionem parare temptaret, id quod ultima illius sermonis verba indicant: § 8 ὁρθῶς δὲ οἱ θεοὶ τότε μου ἠναντιοῦντο, φάναι αὐτόν, τῆ τοῦ λόγου ἐπισκέψει ὅτε ἐδόκει ὑμῖν ζητητέα εἶναι ἐκ παντὸς τρόπου τὰ ἀποφευκτικά: Nam non decebat eum qui sibi persuaserat, mori praestare quam vivere, consilium mutare et amicorum precibus indulgere. Comparanti autem Socratis verba in Platonis Apologia¹⁷⁾; quae a vera illius oratione quam proxime abesse ab omnibus conceditur, dubium esse non potest, quin ille non a daemone vetitus, sed ex animi sui sententia ad defensionem, qua se absolveret, parandam non descenderit. Miranti deinde Hermogeni quod daemone eum impediverit Socrates respondet, deo quoque praestare visum esse, se tunc temporis mori. Argumentum autem cur ipse una cum deo sic sentiat, addit his interrogationibus: οὐκ οἶσθα ὅτι μέχρι μὲν τοῦδε τοῦ χρόνου μηδενὶ ἀνθρώπων ὑφείμην ἂν βέλτιον ἐμοῦ βεβιωκέηναι. ὕπερ γὰρ ἡδιστόν ἐστιν, ἡδεῖν οὕτως μοι καὶ δικαίως ἅπαντα τὸν βίον βεβιωμένον· ὥστε ἰσχυρῶς ἀγάμενος ἐμαυτὸν ταῦτά εὕρισκον καὶ τοὺς ἐμοῦ συγγιγνομένους γιγνώσκοντας περὶ ἐμοῦ· νῦν δὲ εἰ ἔτι προβήσεται ἡ ἡλικία οἷδ' ὅτι ἀνάγκη ἔσται τὰ τοῦ γήρως ἀποτελεῖσθαι et sqq. Mitto amplificationes, quae maxime in verbis ἰσχυρῶς ἀγάμενος ἐμαυτὸν positae sunt, sed prae-fracte nego, Socratem talia dixisse, qualia hic prolata sunt. Neque enim dicere poterat, necessarium fore, ut senectutis tributa persolveret et vires diminuerentur, cum usque ad septuagesimum aetatis annum nondum imminutae essent. Pone, ei paucos tantum annos agendos fuisse, potius veri simillimum erat, eum in eodem virium vigore permansurum. Ceterum pusilli animi So-

17) Cap. XXIII et XXIV.

crateque indigni documentum esse mihi videtur, hanc ob causam mortem vitae praeferre. Sin vero illas sententias a Socrate prolatas esse negas, eodem modo, quae secuntur, ab eo dicta esse negandum est, § 7 ἦν γὰρ νῦν κατάκριθῆ μοι δῆλον ὅτι ἐξέσται μοι τῆ τελευταῖῃ χρῆσθαι ἢ ῥάσθη μὲν ὑπὸ τῶν τούτου ἐπιμεληθέντων κέκριται, ἀπραγμονεστέρα δὲ τοῖς φίλοις, πλεῖστον δὲ πόθον ἐμποιοῦσα τοῦ τελευτῶντος. Levissimus ille vitae finis non potest non esse mors veneno potio appetita. Quamquam hoc perspicuum est, tamen non intellegitur, cur illa omnium levissima dicatur, cum ea mors, qua quis subito in somnis absumitur, levior mihi videatur. Deinde obscure dicitur, eum si *tunc temporis* condemnaretur capitis, levissimo illo vitae fine usurum esse; nam poterat eodem uti, etiamsi tunc temporis absoluebatur; nempe si postea iterum accusabatur et condemnabatur. Utrumque cadit in ea, quae proxime secuntur: ἀπραγμονεστέρα τοῖς φίλοις. Eis quae secuntur πλεῖστον πόθον ἐμποιοῦσα τοῦ τελευτῶντος haec argumenti loco adduntur: ὅταν γὰρ ἀσχημον μὲν μηδὲν μηδὲ δυσχερὲς ἐν ταῖς γνώμαις τῶν παρόντων καταλίπηται, ὑγιὲς δὲ τὸ σῶμα ἔχων καὶ τὴν ψυχὴν δυναμένην φιλοφρονεῖσθαι ἀπομαραινῆται πῶς οὐκ ἀνάγκη τοῦτον ποθεινὸν εἶναι; Vides igitur, scriptorem sumere, Socratem si tunc moreretur, mentis corporisque sanitate integra e vita discessurum esse et hoc modo plurimum sui desiderium apud vivos relicturum. Ad pravam sententiam hic accedit pravum dicendi genus. Nam verbum ἀπομαραίνεσθαι, cui marcescendi languendique vis est, cum ὑγιὲς σῶμα male congruit. Nam qui integro sanoque corpore ex hac vita discedit, non marcet. De eis quae secuntur, iam antea disputatum est. Reliqua sunt extrema verba: μὲν Δί', εἰπεῖν αὐτόν, ὦ Ἐρμόγενης, ἐγὼ ταῦτα οὐδὲ προθυμῆσομαι, ἀλλ' ὅσων νομίζω τετυχηκέναι καλῶν καὶ παρὰ θεῶν καὶ παρ' ἀνθρώπων καὶ ἦν ἐγὼ δόξαν ἔχω περὶ ἐμαυτοῦ, ταύτην ἀναφαίνων εἰ βαρυνῶ τοὺς δικαστὰς αἰρήσομαι τελευτᾶν μᾶλλον ἢ ἀνελευ-

θέρω; τὸ ζῆν ἔτι προσαιτῶν κερδᾶναι τὸν πολὺ χεῖρω βίον ἀντὶ θανάτου. Aperuit igitur hic consilium suum iudices honoribus gloriaque commemoratis irritandi, ut se capitis damnarent; id quod eum postea in iudicio facientem videmus. Habes hic Socratis imaginem deformatam et a vera detortam. Nam cum in hac quae dicitur Apologia insolentem et pusillum se praebeat, quae agendi ratio potius ad iudices excusandos pertinet, in Platonis Apologia innocentiae suae conscius fortiter ac strenue causam dicit et omnem insolentiae speciem vitare studet. Optime cognosces, quid intersit, comparatis Apologiae Platonicae 21 A et nostrae particulae 14 paragrapho. Illic Socrates veritus, ne iudicum animos exulceraret, allato illo oraculo, quo omnium sapientissimus perhibitus erat, petit ab eis, ne irati tumultum faciant, hic idem oraculum eo consilio affert, quo magis iudicum animos exacerbet.

Cum fieri non potuerit, ut Socrates has sententias aperiret ac ne Hermogenes quidem talem magistri imaginem animo sibi conformare potuerit, cumque scriptor ipse testetur (§ 1), neminem alium illa in medium protulisse, veri simillimum videtur, eum hunc sermonem confinxisse, ut magniloquentiae ab aliis bene expressae causam adderet. Cui colloquio quo maiorem faceret fidem, Hermogenem illud referentem induxit, quem inter studiosissimos illius discipulos videbat¹⁸⁾. Hinc apparet, cur ceteri, qui de eadem re scripserant, illum sermonem omiserint, quod, si ille revera a Socrate habitus esset, mirum foret. Neque tamen morabor, si quis putaverit, primas sententias ex Oeconomico 11, 22 subreptas esse, ubi eadem sententiae eisdem paene verbis expressae sunt ab Ischomacho: οὐ γὰρ δοκῶ σοι αὐτὰ ταῦτα διατελεῖν μελετῶν, ἀπολογεῖσθαι μὲν ὅτι οὐδέν τι ἀδικῶ, quae sic in Apologia leguntur: οὐ γὰρ δοκῶ

¹⁸⁾ Comm. I, 2, 48. Symp. I, 3. III, 14. IV, 47, 50. VI, 2.

σοι ἀπολογεῖσθαι μελετῶν διαβεβιωκέναι — ὅτι οὐδὲν ἄδικον διαγεγένημαι ποιῶν.

Primae deinde sententiae defensionis a Socrate habitae offensioni non sunt, cum e commentariis sumptae sint. Quod autem Socrates oraculum Chaerephonti editum protulit, in eo imitatio Platonicae Apologiae apparet (cf. 21 A). Ibi tamen Socrates se ab Apolline sapientissimum, hic liberalissimum, iustissimum, moderatissimum perhibitum esse dicit. Quamquam haec per se ferri possunt, cum ille virtutes non ab scientia sapientiaque discernat¹⁹⁾ tamen cum in sequentibus (§ 16) accuratius virtutes illas explanet, non apte σοφὸν illi σώφροσι substituit, quoniam sapientia non modo temperantiae, verum etiam ceteris virtutibus, ut liberalitati iustitiaeque subest. Mirum autem in modum iustitia ab eo explanatur (§ 16): δικαιοτέρον δὲ τίνα ἂν εἰκότως νομίσαι τε τοῦ πρὸς τὰ παρόντα συνηρησμένου ὡς τῶν ἄλλοτριῶν μηδενὸς προσδεῖσθαι. Num in eo iustitia posita est, quod quis maxime se ad res accommodat neque aliorum auxilio utitur, ac non in legibus observandis et tribuendo suum cuique²⁰⁾? Quae hic inveniuntur, potius ad αὐταρκείας virtutem, quam ad δικαιοσύνην pertinent²¹⁾. Ea quae § 23 dicuntur: τὸ δὲ μὴ ἀποθανεῖν οὐκ ἔπειτα λιπαρητέον εἶναι. ἀλλὰ καὶ καιρὸν ἤδη ἐνόμιζεν ἐαυτῷ τελευτᾶν novo documento sunt, Socratis veram imaginem plane detortam esse: Nam cum apud Platonem Socrates iudices non precetur, ne eos officio deesse cogat, hic ad preces non descendit, quoniam mori tunc temporis praestare videbatur. — Deinde quae in hac Apologia de litis aestimatione narrantur (§ 25) adversa, ut ita dicam, fronte cum eis pugnant quae in Platonis Apologia inveniuntur, quibuscum alii scriptores consentiunt. Hic § 23 Socrates

19) Comm. III, IX, 14.

20) Comm. IV, 6, 6.

21) cf. Comm. II, 6, 2.

neque ipse litem aestimasse neque amicis aestimare permisisse dicitur, ne criminum conscius videretur; cum tamen in Platonis Apologia dicat, se dignum esse, cui cotidianus victus in Prytaneo publice praebeatur²²), et amicis permisit, ut se triginta minarum aestimarent²³). Qua in re Diogenes Laertius Ebulidesque consentiunt cum Platone quamvis diversum drachmarum numerum referant²⁴); igitur id quod Apologiae scriptor dicit, nemo credit. — Praepostera autem est tota sententiarum compositio. Legenti enim verba a paragrapho 22 ἐρρήθη — 23 οὐ προςβατὸν θανάτῳ, scriptor finem facere orationis et iudicii capitis videtur, cum ea quae suffragiis contra Socratem latis (§ 23 ἐπειδὴ ἡ δίκη κατεψηφίσθη) gesta sunt, narrentur; primum eum litem aestimare noluisse, deinde eum amicis e vinculo liberaturis morem non gessisse. Magno igitur opere miraberis, quod tamen denuo Socrates crimina refellens inducitur, cum iam finis iudicii esset (§ 24 sqq). Manifesta haec est Platonis Apologia imitatio, in qua quidem Socrates a iudicibus capitis damnatus pauca verba facit²⁵); tamen cum illic a iudicibus petat, ut maneant²⁶), hic tale quid non facit, ut patientiam iudicum in iram concitatorum mireris. Extrema autem verba οἶδ' ὅτι καὶ ἐμοὶ μαρτυρήσεται ὑπὸ τε τοῦ ἐπιόντος καὶ ὑπὸ τοῦ παρεληλυθότος χρόνου ὅτι ἡδίκησα μὲν οὐδένα πώποτε οὐδὲ πονηρότερον ἐποίησα non ita absurda sunt, ut vulgo putatur²⁷) nam recte dici posse mihi videtur: futurum et praeteritum tempus testabuntur, me nemini nocuisse; futurum tempus: nempe ea quae ex factis dictisque proficiscuntur, ostendunt, qualia fuerint cuis

22) 37 A.

23) 38 B.

24) Diog. L. II, 41.

25) XXIX — fin.

26) XXXI ἀλλά μοι παραμείνατε τοσοῦτον χρόνον.

27) cf. Hug. l. l. p. 439.

facta dictaque; praeteritum tempus, cum ex vita ante acta mores eius optime cognosci possint²⁸⁾. Hoc tantum moneri potest, supervacaneum esse illud alterum, quippe cum ex iis, quae e factis dictisque post mortem profiscuntur, satis appareat, qualis vita eius ante acta fuerit.

Vaticinium autem illud (§ 29) Acyto de corrupto filio datum hominis non boni, sed malitiosi est. Recte Schneiderus iudicare mihi videtur, Socrate indignum fuisse, aliorum malis gaudere. Cur autem scriptor Socratem aliquid vaticinantem fecerit, perspicies, si Apologiae Platonis verba (XXX) comparaveris: τὸ δὲ δὴ μετὰ τοῦτο ἐπιθυμῶ ὑμῖν χρησμοδῆσαι καὶ γὰρ εἶμι ἤδη ἐνταῦθα, ἐν ᾧ μάλιστα ἀνθρώποι χρησμοδοῦσιν, ὅταν μέλλωσιν ἀποθνεῖσθαι; vaticinatur autem, iudices multo maiorem poenam soluturos, quam se, cum damnatus sit, solvere putari: quod vaticinium non a malitia ductum est. Inter Platonis et nostrae Apologiae verba similitudo quaedam est, cf. § 30: βούλομαι δὲ καὶ ἐγὼ χρησμοδῆσαι τι et Pl. Ap. τὸ δὲ δὴ μετὰ τοῦτο ἐπιθυμῶ χρησμοδῆσαι; ad alteram sententiam magis probandam Homero auctore utitur: ἀλλὰ μέντοι ἀνέθηκε μὲν καὶ Ὅμηρος ἔστιν οἷς τῶν ἐν καταλύσει τοῦ βίου προγγινώσκειν τὰ μέλλοντα. Luce clarius mihi videtur, scriptorem hic quoque Platonem imitatum esse.

Haec habui, quae de rebus sentiis que dicerem. Hinc apparet, mores factaque Socratis a scriptore narrari multis fabulis et falsis rebus iam pertexta, ut vel ex hac re colligas, eum qui haec composuit, ab ea aetate, qua philosophus ille vixit, longe abfuisse. Hoc iudicium dicendi genere verborumque delectu confirmatur. Leonardus Schmitzius²⁹⁾ cum sermonem huius Apologiae nihil habere

²⁸⁾ cf. Hyperidem pro Lycophr. col. XII ἀλλ' ὁ παρεληλυθὸς χρόνος μάρτυς ἐστὶν ἐκάστῳ τοῦ τρόπου ἀκριβέστατος.

²⁹⁾ Classical Museum II, 221—229.

statuat, quod a Xenophonte illiusque aetate abhorreat, non recte iudicasse mihi videtur. Vides autem, quomodo quis ad hoc iudicium adduci possit: primum multae sententiae totidem paene verbis e Xenophontis opere sumptae sunt, deinde sententiarum structura formaque in ceteris partibus haud ita a Xenophontis eiusque aetatis usu aliena est. Tamen tanta copia est eorum verborum earumque dictionum, quae neque ab illo neque ab ullo homine illius aetatis usurpari potuerint, ut mirum sit, haec virum illum doctissimum fugisse. In quibus iuveniendis Dindorfus et Schneiderus iam magnam operam collocaverunt.

Ac primum quidem scriptor dictionum in re iudicaria solemnium et immutabilium plane ignarus est.

Dicit enim § 1, Socratem κληθῆναι εἰς τὴν δίκην qua dicendi ratione nemo veterum usus est pro: καλεῖν εἰς τὸ δικαστήριον, ἢ δίκη εἰσκαλεῖται vel simplici καλεῖσθαι et προσκαλεῖσθαι. Recte Dindorfus grammaticorum sermonem contulit, Hesychii s. v. κλητήρ: ὁ εἰς τὴν δίκην καλῶν, Pollucis 8, 46 s. v. προβολή: κλησίς εἰς δίκην. De causa ea, qua Socrates condemnatus est, mire dicit: § 23 ἡ δίκη καταψηφίσθη quasi ipsa causa condemnetur, non homo qui petitur. Alterum verbum quod condemnandi vim habet κατακρίνειν mirum in modum usurpavit: κατακρίνεται μοι omisso subiecto (7). Huius verbi cum dandi casu coniuncti duo apud Herodotum exempla extant (II, 136, VII, 146) ut opus non sit, hic μοι in μου mutare. Ut illius ἡ δίκη καταψηφίζεται loco veteres dicebant: οἱ δικασταὶ καταψηφίζονται τινος, aut καταψηφίζεται τις aut addita poena καταψηφίζεται τινος θάνατος, sic pro κατακρίνεται μοι: κατακρίνομαι aut ὁ θάνατος κατακρίνεται μου. Porro si quis verba facit ut iudicium gratiam captet, e constanti veterum usu dicitur πρὸς χάριν εἰπεῖν. Hic scriptor § 4, ἐπιχαρίτως εἰπεῖν posuit. Deinde ὑποτιμᾶσθαι verbum § 23 apud recentiores demum significat: litem contra actorem

aestimare³⁰⁾, veteribus semper ἀντιτιμᾶσθαι usitatum erat. Iisdem servorum plagii nomen semper ἀνδραποδισμός, non ἀνδραπόδισις erat, quod hic scriptor cum (Comm. I, II, 62) verbum ἀνδραποδίξασθαι invenisset, substituerat.

Ad haec quae manifesta recentioris originis indicia sunt, alia accedunt.

In colloquio § 6 Socrates τὰ τοῦ γήρωσ ἀποτελεῖσθαι dixisse fertur. Nemo tamen Atticorum mediae verbi ἀποτελεῖν formae eam vim tribuit, qua significet: persolvere id quod debetur, hoc ipsum activa forma ἀποτελεῖν designabat. Non apte tamen Dindorfius (Xen. opp. Politica, Equestria Venatica Ox. pag. VIII) verba libelli de republ. Lacedaemoniorum contulit, ubi II, 13 haec leguntur: εἰ μὲν τις αὐτὸς ὦν οἷον δεῖ ἀγασθεὶς ψυχὴν παιδὸς περιῶτο ἔμμεμπτον φίλον ἀποτελέσασθαι: hic media forma propriam vim obtinet: sibi reddere, quod cur a veteribus dici non potuerit non intellego. § 7 ἀπομαραίνεσθαι veteres numquam de morientibus hominibus usurpaverunt, hic autem cum eo, quod moriens sanum corpus habere dicitur, male convenit. Veteres semper peculiarem illius verbi vim retinuerunt. In colloquii fine § 8 τὰ ἀποφρευκτικὰ alienum est a veterum consuetudine. Adiectiva enim verbalia verbi φεύγειν quae in ικός desinunt, non inveniuntur, nisi in recentiorum scriptis, ut διαφρευκτικός³¹⁾ ἐκφρευκτικός³²⁾ φρευκτικός³³⁾. οἰωνιστήριον § 12 apud posteriores scriptores invenitur ut Dionysium Halic. (1, 86) apud quem tamen significat, id quod e forma vocabuli colligis: auguraculum; Apologiae scriptor hanc vim in eam significationem deflexit, ut idem sit, atque οἰωνός. Ignotus est Atticis

³⁰⁾ Libanius in argum. Midianae or. 609, 14, ὁ ἀγὼν ὁ περὶ ὑποτιμήσεως, Pollux. 8, 63 ἀτίμητος δίκη ἦν οὐκ ἔστιν ὑποτιμήσασθαι.

³¹⁾ Luc. Tim. 29.

³²⁾ Schol. Ar. Plut. 63.

³³⁾ Eustathius.

usus verbi συναρμόττειν, qui in verbis ὁ πρὸς τὰ παρόντα συναρμοσμένος (§ 16) cernitur: is qui ad res praesentes se accommodat iisque contentus est. Prope tamen ad hanc significationem intransitivus eiusdem verbi usus accedit. Recentiorum illius usus exempla plura extant. Maximus. Tyr. Diss. 7, 2, vol. I, p. 104: ὁ τῶν φιλοσόφων λόγος συναρμόζεται τοῖς πάθεσι, Diog, Laert. 4, 37, ἅπαντι συναρμόσασθαι καιρῷ). § 19 πολυδάπανος de hominibus dictum non apud Atticos scriptores invenies. De rebus tamen πολυδάπανος ab Herodoto (2, 137) et ab auctore libelli de republica Lacedaemoniorum (5, 3) positum est, cum de hominibus praeter hunc scriptorem a Diodoro Zonaraque usurpatum sit. Veteres Atticorum scriptores πολυτελεῖς de hominibus dicere soliti sunt. Ibidem εὐδίατος et μετριοπότης leguntur, quae aliunde cognita non sunt, nisi ex Pollucis onomastico. Cum in Apologia πλυδάπανος opponatur, non dubium est, quin hic εὐδίατος significet eum qui parco victu contentus est. Tamen Pollucis verba 6, 27 ἔστι δ' εἰπεῖν ἐστιάτωρ λαμπρὸς, μεγαλοπρεπής — διηκριβωμένος εὐδίατος μεγάλωφρων et 9, 24 πόλιν μικρὰν ἐπαινῶν ἐρεῖς μετρίαν — οἰκῆσιμον εὐδίατον comparanti hic potius eum qui bono lautoque victu fruitur, significat, id quod ex compositione colligas. § 20 καὶ μὰ τὸν Δία γε a veterum consuetudine alienum est qui particulam³⁴⁾ γε post νὴ Δία, μὰ Δία, νὴ τὸν Ἀπόλλω non ponebant, nisi alio vocabulo intermisso. Recentiores tamen ut Lucianus, Arrianus, Galenus hanc legem migrarunt, ut verisimile sit, hunc scriptorem sic loqui solitum neque vitium librarii deprehendi, qui quidem saepe γε particulam transposuerunt vel addiderunt, ut καίτοι γε³⁵⁾. Similiter res se habet in verborum coniunctione οὔτε γάρ § 24, cui non aliud οὔτε respondet. Incertum est, utrum id e recentiorum more,

³⁴⁾ cf. Porson. adversaria p. 33.

³⁵⁾ cf. Dind. ad Comm. I, II, 3.

qui sic loquebantur, repetendum, an librariorum vitio positum sit, qui facile oculis ad sequentia οὔτε θύων οὔτε ὀμνυς οὔτε ὀνομάζων aberrare poterant. Certum tamen est, § 27 ὁμολογουμένως τοῖς εἰρημένοις ἀπήει e recentiorum consuetudine dictum esse. Veteribus enim ὁμολογουμένως „e communi omnium consensu“ significavit et ea, qua hic usurpatum est, significatione ὁμολόγως dicebant. Notum est Zenonis placitum a Diogene Laertio traditum 7, 87: Ζήνων τέλος εἶπε τὸ ὁμολογουμένως τῆ φύσει ζῆν. Media forma ἐπιτελέσασθαι hic deflexa est ab significatione quam apud reliquos obtinet. Ab iis enim propria significatione dicitur, neque ab activo ἐπιτελεῖν aliter discernitur, atque cuiusque verbi media forma ab activa (ut Pl. Philebus 27 C. ἐπειδὴ ταῦτα οὕτω διειλόμεθα, κάλλιον ἂν καὶ τὴν κρίσιν ἐπιτελεσάμεθα). Hic (§ 33) tamen vim moriendi habet, ubi potius passivam formam exspectas; § 34 ἀξιωμακχάριστος dignus, qui inter felicissimos numeretur, neque ceteri veteres scriptores nec Xenophon usurparunt, quamquam is composita cum ἄξιος verba magno studio amplexus est et multa finxit: ex iis scriptis quae certe ab eo composita sunt, haec adnotavi ab eo inventa: ἀξιάκουστος, ἀξιάπαινος, ἀξιάεραστος, ἀξιάεργος, ἀξιοθαύμαστος, ἀξιοπρεπής, ἀξιοσκεπτος, ἀξιοστράτηγος, ἀξιοτέμμητος, ἀξιοφίλητος. Tamen semper μακαριστός Xenophon dicebat, cum eodem modo ἀξιωμακχάριστος in eadem sententia uti posset³⁶). Deprompsit hoc verbum Ignatius in epistulis 11 p. 69, 74, 100, qui τὴν ἐκκλησίαν τὴν ἀξιωμακχάριστον dicit. Vides, scriptorem praeterquam, quod ipsas Xenophontis sententias verbaque identidem surripuit, eiusdem sermonem imitatum esse, ad illius normam novum compositum fingentem. Idem observari licet ex eo, quod ea ipsa verba, quae Xenophontis propria sunt, ut διασαφηνίζειν, ἀμφιλέγειν, συμβούλευμα adsumpsit. Deinde nonnulla ascivit, quae poetis Platoni-

³⁶) An. 1, 9, 6 τὸν βοηθήσαντα πολλοῖς μακαριστὸν εἶναι ἐποίησεν.

que ac Thucydidi et Herodoto usitata erant. quo fit, ut oratio variam quandam speciem praebeat. Ut ἀλγύνενθαι § 8, cuius loco prosa oratione dicitur ἀλγεῖν, εὐπάθειαι (§ 18) significatione deliciarum Herodoto, Platoni, auctori Agesilai usitatum, εὐπραγεῖν (§ 27) Thucydidi bis usurpatum, pro quo ceteri εὖ πράττειν dicebant, κακοδοξία (§ 31), Platonis proprium pro ceterorum αἰσχρὰ δόξα.

Nonnulla perobscure dicta sunt, ut potius suspicari, quam intellegere possis, quid scriptor voluerit: ut § 7 ἦν γὰρ νῦν κατακρηθῆ μοι, δῆλον ὅτι ἐξέσται μοι τῆ τελευτῆ χρῆσθαι ἢ ράστη μὲν ὑπὸ τῶν τούτου ἐπιμεληθέντων κέκριται: οἱ τούτου ἐπιμεληθέντες videntur medici intellegendi esse, qui hominum qui venenum poti sunt motum et conditionem digna esse censent observatione. Extrema sermonis verba § 8 fortasse corrupta sunt: cum τοῦτο in εἰ γὰρ τοῦτο διεπραξάμην referri non queat, nisi ad ea quae praecedunt: τὸ ζητεῖν τὰ ἀποφρευκτικά cumque e sententiae conexu referri necesse sit ad τὰ ἀποφρευκτικά, fortasse Apologiae scriptor ταῦτα scripsit. Multo magis corrupta videntur, quae secuntur: γῆρας, εἰς ὃ πάντα τὰ χυλεπὰ συρρεῖ καὶ μάλα ἔρημα τῶν εὐφροσυνῶν. Primum enim quaeres, cur alterum membrum καὶ μάλα—εὐφροσυνῶν additum sit, cum per se appareat, ut cetera mala, sic ea quae in senes cadere solent, nullam delectationem habere, deinde non intelleges, cur particula, quae est καὶ, χυλεπὰ et ἔρημα disiungantur, cum χυλεπὰ sint ἔρημα εὐφροσυνῶν. Quare nisi forte vitium scriptoris culpa factum est, coniectura Schneideri, qui ἔρημα in ἔρημον mutavit, ut ad γῆρας pertineat, probabilis mihi videtur. In iis quae secuntur ὄσων νομίζω τετυχηκέναι τῶν καλῶν καὶ παρὰ θεῶν καὶ παρ' ἀνθρώπων generaliore notione τῶν καλῶν significasse videtur τὰς τιμὰς. Fortasse Xenophontis verborum memor erat, quibus (Comm. III, 1, 1) honores vel munera publica καλά appellat. Illic autem statim intellegis, quid Xenophon intellegi voluerit, hic tum demum, cum defensionem Socratis

apud iudices perlegeris. Neque tamen credibile est, καλῶν ex τιμῶν corruptum esse, id quod Hirschigius censere videtur, cum restituat τιμῶν³⁷). Non recte Socrates assecutus esse θεοφιλῆ μοῖραν dicitur, (§ 32), cum dii non ipsam mortem, sed hominem diligant. Longe obscurissima sententia § 33 reperitur: ἐπεὶ γὰρ ἔγνω τοῦ ἔτι ζῆν τὸ τεθνάναι μᾶλλον αὐτῷ κρεῖσσον εἶναι, ὥσπερ οὐδὲ πρὸς τᾶλλα τὰγαθὰ προσάντης ἦν, οὐδὲ πρὸς τὸν θάνατον ἐμαλκίσασατο, ἀλλ' ἰλαρῶς καὶ προσεδέχετο αὐτὸν καὶ ἐπετελέσασατο. προσάντης cum „acclivis difficilisque“ designet, hic propter sententiam ferri non potest. Contrariam fere notionem desideres e verbis οὐδὲ πρὸς τὸν θάνατον ἐμαλκίσασατο. Tamen etiamsi cum Dindorfio, rato, scriptorem προσσηνῆς cum προσάντης commutasse, προσσηνῆς ponis, oratio non magis perspicua fit, cum explorare non possis, quid τᾶλλα τὰγαθὰ hic significant: ut ne ad cetera quidem bona molliis vel facilis erat, sic ne ad mortem quidem mollis erat, sed hilariter et eam excepit et e vita excessit. Obscuritas hic potius scriptoris culpa, quam librariorum facta esse videtur.

Ut ex sententiis, ita ex sermone cognoscitur, quam longe homo ille male sanus a suavitate et nativa quadam simplicitate Xenophontis absit; nam orationem verbis rarioribus aut a propria significatione deflexis ornare fucareque studuit. Quod fieri non poterat, nisi temporibus labentis sermonis Graecorum. Non absimile vero est, hanc Apologiam primis a. Chr. n. saeculis scriptam esse. Primo enim saeculo p. Chr. n. eam iam Xenophontis nomine latam esse, ex Dionis Chrysostomi oratione XXVIII sequitur. Qui cum Melancomae athletae invicti mortem tamquam deorum beneficium praedicet, eas sententias eaque verba profert, ut Apologiam ei in manibus

37) *Miscell. phil. fasc. 2, 120.*

fuisse appareat: ἀνάγκη γὰρ αὐτῷ ἦν προβάλινοντι ἀντί μὲν καλλίστου αἰσχυρότερω γίγνεσθαι (535 R), quae sententia sic in Apologia legitur: νῦν δὲ εἰ ἔτι προβήσεται ἡ ἡλικία, οἷδ' ὅτι ἀνάγκη ἔσται τὰ τοῦ γήρωσ ἀποτελεῖσθαι. Cum in octavo commentariorum capite verba mutata sint εἰ δὲ βιώσομαι πλείω χρόνον ἴσως ἀναγκαῖον ἔσται τὰ τοῦ γήρωσ ἐπιτελεῖσθαι (§ 8), non dubium est, quid Dio, quem Xenophontis studiosissimum fuisse notum est³³), respexerit. Finem versus eandem sententiam, quae in Apologia § 26 invenitur, profert: ταῦτα μὲν καλῶς εἶπας εἰς παραμυθίαν ἀνθρώπων; in Apol.: παραμυθεῖται δέ τι με καὶ Παλαμίδης.

Summam igitur si subducimus, haec quae dicitur Apologia ab homine aliquo composita est, qui, cum commentarios sine carere videret, eum imponere animum induxit. Scribendi occasio data est eo, quod omnes causam magniloquentiae Socratis ab iisdem bene expressae neglexerant; hanc igitur distincte explicare sermone conficto animo proposuit. Quod Socrates in hoc sermone se iudices ut se condemnent irritaturum esse dicit, id oratione verbis Xenophontis conscripta illustravit, ita tamen, ut simul magistrum a criminationibus se vindicantem faceret. Consentaneum est, scriptorem hic illic Platonis Apologiam imitatum esse. Narratiunculae in extrema parte (§ 31) collocatae, ut videtur, tunc haminum ore ferebantur. Cum scriptor imaginem Socratis plane deformatam adumbraverit, sermone undique collecto et fucato usus, cumque Apologia primo saeculo p. Ch. n. iam sub Xenophontis nomine ferretur, sequitur, eum illo tempore, quo omnia ad deteriora vergebant, scripsisse tertio vel altero vel priore saeculo a. Chr. n. Certo scimus, eadem aetate Agesilaum et Oeconomici particulam cap. IV, 18—25 nata esse.

³³) cf. oratio XVIII.

II.

Transeo nunc ad alteram commentationis partem, qua octavum caput neque a Xenophonte compositum esse et ab eo, qui hoc conscripsit, ex Apologia totum fere excerptum ostendam.

Respondetur hoc capite iis, qui Socratem mendacii de daemonio suo convinci opinantur, quia affirmans, se a daemonio moneri, quid sibi faciendum omittendumque esset, tamen a iudicibus damnatus sit. Ille iam ad eam aetatem proventus fuisse dicitur, ut ei paullo post vita relinquenda esset, deinde senectutis incommoda fugisse et magnam sibi gloriam paravisse, cum per tempus inter condemnationem et mortem intermissum eandem hilaritatem constantiamque atque in vita exhibuisset. Additis deinde verbis quibusdam absurdis de pulcherrima et beatissima eius morte, subito sermo ille Socratis Hermogenisque inseritur; primo iisdem sentiis (4—8), dein aliis (9, 10). Socrates exponit, diis placere, ut nunc e vita decedat neve eam laboribus plenam producat. Si iniuste moriatur, non sibi, sed iudicibus hoc ignominiae fore, sibi tamen magnam gloriam partum iri, si iam moriatur. Brevis deinde virtutum, quae commentariis continentur, conspectus additur.

Ex hoc argumento hoc caput cum eo consilio, quod Xenophon per commentarios secutus est, non convenire apparere mihi videtur. Is enim cum prioribus capitibus magistrum a criminationibus accusatorum vindicare studisset et tertio capite eum factis dictisque discipulis profuisse ostendisset, inde a quarto capite ea colloquia protulit, e quibus pateret, Socratem idoneum fuisse, qui alios meliores redderet (cf. cap. IV, 1, εἰ δὲ τινες Σωκράτη νομίζουσιν ὡς ἔνιοι γράφουσί τε καὶ λέγουσι περὶ αὐτοῦ τελευταίῳ προτρέψασθαι μὲν ἀνθρώπους ἐπὶ ἀρετὴν κράτιστον γεγενῆναι, προαγαγεῖν δ' ἐπ' αὐτὴν οὐκ ἰκανὸν, σκεψάμενοι — ἃ λέγων συνημέρευε τοῖς συνδιατρίβουσι, δοκιμαζόντων εἰ

ἰκανὸς ἦν βελτίους ποιεῖν τοὺς συνόντας, λέξω δὲ πρῶτον). Tale consilium, quale ex omnibus sermonibus apparet, non in huius capituli sermone cognoscitur, quo quidem nihil aliud demonstraretur, quam illud tempus, quo Socrates mortuus est, morti commodissimum fuisse. Neque tamen Dindorfii sententiam probo, qui dicit³⁹⁾, hoc caput alienum esse ab eo consilio, quod in initio declaretur, ut referendis sermonibus quos Socrates habuerat antequam in ius vocaretur iudicium sententia refellatur. Neque enim tale quid a Xenophonte dictum inveni. Quamquam infitias ire non queo, eos sermones quos Xenophon protulit, vitam Socratis ante iudicium tangere, tamen cur sermo post condemnationem habitus referri non potuerit, non intellego, dummodo cum consilio, quod supra demonstravi, congruat.

Accedit alterum argumentum extrinsecus petendum. Oeconomici enim liber, qui inscribitur, cum a verbis ἤκουσα δὲ ποτε αὐτοῦ καὶ περὶ οἰκονομίας τοιάδῃ διαλεγομένου incipiat, a Xenophonte cum commentariis, quibus alii sermones continentur, coniunctus sit necesse est. Neque enim δὲ neque αὐτοῦ, neque καὶ intellegi posset. Id quod nobis coniectura assequendum est, iam Galenus coniecisse videtur, qui eos reprehendit, qui librum aliquem a particula δὲ incipere posse opinabantur⁴⁰⁾: τινὲς εἰς τοσοῦτον ἤκουσι σοφίας ὥστε τοῦ Ξενοφῶντος Οἰκονομικοῦ μνημονεύειν οἰόμενοι μαρτυρεῖν αὐτοῖς ἔθος εἶναι τοῖς παλαιοῖς ἐν ἀρχῇ λόγου χρῆσθαι τῷ συνδέσμῳ δὲ· διὰ τοῦτό φασιν ἀρχεσθαι τὸν Ξενοφῶντα τοῦ συγγράμματος οὕτως· ἤκουσα δὲ — μὴ γινώσκοντες ὅτι τὸ βιβλίον τοῦτο τῶν Σωκρατικῶν ἀπομνημονευμάτων ἐστὶ τὸ ἕσχατον). Veri simillimum est, Xenophontem Oeconomicum postea compositum addidisse

³⁹⁾ Praef. XIII.

⁴⁰⁾ vol. 12, p. 288.

commentariis, a quibus deinde nescio qua de causa se-
iunctus est. Adicere autem eum non poterat, nisi si clau-
sula, quae nunc legitur, commentarios nondum addita
erat.

Quae duo argumenta quamquam rem iam conficiunt,
tamen ex ipsis verbis alia addenda sunt, quibus iudicium
modo factum confirmabitur.

In altera paragrapho is qui hoc caput scripsit de
legationis illius Delphicae negotio loquitur, hisce additis
verbis: τὸν δὲ νόμον μηδένα ἔξιν δημοσίᾳ ἀποθνήσκειν ἕως ἂν
ἢ θεωρία ἐκ Δήλου ἐπανέλθῃ. quae a Xenophonte vel ab
aequali scripta esse nego: nam haec res omnibus, qui tunc
erant, Atheniensibus notissima erat neque opus erat eam plu-
ribus verbis explicare. Fortasse haec ex Platonis Phaedone
(§ 1) sumpta sunt, ubi Phaedo Echecrati advenae hunc morem
hisce verbis explanat: νόμος ἐστὶν αὐτοῖς δημοσίᾳ μηδένα
ἀποκτείνειν, πρὶν ἂν εἰς Δῆλον ἀφίκηται τὸ πλοῖον καὶ πάλιν
δεῦρο. Ibi apta sunt, cum advenae hic mos (p. 21 et 22
l. l. declaretur. Neque tamen Geelio assentiri possum, qui) in
antecedentibus verbis ἀνάγκη μὲν ἐγένετο αὐτῷ μετὰ τὴν
κρίσιν τριάκοντα ἡμέρας βιῶναι διὰ τὸ Δῆλια μὲν ἐκείνου
τοῦ μηνός εἶναι interpolatorem invenisse sibi visus est,
quippe qui numerum triginta dierum finisset, collatis Pla-
tonis verbis τοῦτο δ' ἐνίστε ἐν πολλῷ χρόνῳ γίγνεται.
Poterat enim ab aliis certus ille dierum numerus traditus
esse. Idem numerus in XIV. epistula Socratica invenitur,
ut non videam, cur de eo dubitandum sit, quamvis illae
epistulae ipsae spuriae sint. — In virtutum enumeratione
(§ 11) Socrates tam pius fuisse dicitur, ut nihil sine deorum
sententia faceret (ὥστε μηδὲν ἄνευ τῆς τῶν θεῶν γνώμης
ποιεῖν). Haec non aliter intellegere possum, quam eum
quidquid adgrediebatur, deos consuluisse. Atqui ipse So-
crates eos insanire dixerat, qui de omnibus rebus deos con-
sulerent, cum id quod in humanam intellegentiam caderet,
ipsis iudicandum esset; de iis solis consulendos esse deos.

quorum eventus incertus esset⁴¹). Ceterum ea ipsa, quae Socrates in hoc postremo capite fecisse traditur, huic sententiae repugnant. Nam cum ad excogitandam defensionem aggressurus esset, a daemone impeditus est, quoniam contra deorum voluntatem ageret. Quodsi nihil sine deorum voluntate fecisset, cur non prius eos consuluerat, num iis placeret, ut orationem meditaretur? Pugnans igitur illa verba et cum iis, quae Socrates in commentariis dicit et cum iis, quae capitis octavi scriptor eundem facientem inducit.

Gravissimum tamen argumentum est, quod extremi capitis scriptor verba sententiasque Apologiae ad suum opus conficiendum adhibuit ita, ut hic verba mutaret, illic sententias dilataret vel adderet, qua re, ut solet, ei accidit, ut in ineptias incideret.

Iam supra demonstraveram, Apologiae scriptorem, quantum e primis eius verbis concludi possit, octavum caput vel similem commentariorum conclusionem in manibus non habuisse. Negat enim, quemquam ante se docuisse, cur Socrates illa magniloquentia usus esset. Atqui hoc ipso octavo capite cum in verbis quae sermonem illum antecedunt, tum maxime in ipso sermone Apologiae communi eadem causa, quae in Apologia, affertur: mors tunc Socrati vitae praeferenda videbatur. Iam cum integras dictiones alter ab altero surriperet, scriptor octavi capitis Apologiam in manibus habuerit necessest, nisi forte putas, eum eas quae utrique communes sunt sententias ab alio furatum esse, qui eas ex Apologia sumpserat. Cum autem uterque scriptor dicat, se sermonem illum ab Hermogene accepisse, possit quispiam conicere, octavi capitis scriptorem sermonem illum ex alio fonte hausisse, praesertim cum nonnullae sententiae hic inveniantur, quae in Apologia non leguntur. Primum tamen illum sermonem numquam a Socrate habitum, sed a scriptore Apologiae fictum

⁴¹) Comm. I, 1, 9.

demonstrasse mihi videor, deinde ex verborum comparatione elucet, eum ipsa Apologiae verba descripsisse, sententias mutavisse dilatandique studio ductum corrupisse.

Postquam enim sermonem illum primo totidem fere verbis retulit et docuit, quare Socrati mors illo ipso tempore praeferenda videretur, subito § 9 ad novam rem Socratem transeuntem facit: ἀλλὰ μὴν εἴ γε ἀδίκως ἀποθνήσκουμι, τοῖς μὲν ἀδίκως ἐμὲ ἀποκτείνασιν αἰσχρὸν ἂν εἴη τοῦτο. Iam non ambigitur, has et quae secuntur sententias Apologia § 26 sqq. sumptas esse: ἀλλ' οὐδὲ μέντοι ὅτι ἀδίκως ἀποθνήσκω διὰ τοῦτο μείον φρονητέον· οὐ γὰρ ἐμοὶ, ἀλλὰ τοῖς καταγνοῦσι τοῦτο αἰσχρὸν ἔστιν. Hae tamen sententiae in Apologia non ad sermonem, sed ad defensionem apud iudices pertinent, et artissimo vinculo cum antecedentibus coniunctae sunt, cum tamen scriptor octavi capitis eas ad conficiendum suum colloquium adhiberet, ommissa extrema eius parte quae in Apologia legitur. Paupertatis autem insigne documentum scriptor dedit, cum novam illam sententiam aliunde sumptam ad praecedentem eisdem particulis, a quibus illam inceperat, adnecteret: ἀλλὰ μὴν—γε. Ad hanc quaestionem tamen conficiendam opus est quaerere, cur scriptor capitis extremam partem colloqui omiserit, Quod perfacile est ad intellegendum. In iis enim, quae omissa sunt, Socrates exponit, deos sibi non solum opportissimam, verum etiam facillimam praebituros esse mortem. quae praeterea amicis non molestā futura et maximum sui desiderium excitatura sit. Ad quam mortem ut iudices se darent, eos ad condemnandum se irritaturum esse. Iam octavi capitis scriptor vel in prima paragrapho inde a verbis ἐννοησάτω πρώτον μὲν de mortis genere exposuerat. Ibidem Socrati laudi verterat, quod mortis condemnationem lenissime fortissimeque tulisset³⁹). Hoc cum fecisset, So-

39) τὴν κατάγνωσιν τοῦ θανάτου παράτατα καὶ ἀνδρωδέστατα ἐνεγκών.

cratem ad mortem paratum ipsum iudices ut se condemnarent irritavisse dicere non poterat. Itaque cum illas sententias in initio collocasset, recte extremam illam colloqui partem omisit, inepte sententias aliunde petitas substituit, quae praesertim ad sermonem illum non pertinerent.

Ut hic nexum sententiarum mutavit, sic alias novas addidit et dilatavit. Vel in prima paragrapho hoc cognoscitur: εἶτα ὅτι τὸ μὲν ἀχθεινότατόν τε τοῦ βίου καὶ ἐν ᾧ πάντες τὴν διάνοιαν μειοῦνται ἀπέλιπεν, ἀντὶ δὲ τούτου τῆς ψυχῆς τὴν ρώμην ἐπιδειξάμενος εὐκλειαν προξέκτῆσατο, ad quas sententias conficiendas Apologiae verba § 32 adhibuit: τοῦ μὲν γὰρ βίου τὸ χαλεπώτατον ἀπέλιπε, τῶν δὲ θανάτων τοῦ ῥάστου ἔτυχεν· ἐπεδείξατο δὲ τῆς ψυχῆς τὴν ρώμην· ἐπεὶ γὰρ et quae secuntur. Cum hae sententiae nimis breves concisaeque essent, amplificavit, addito: ἐν ᾧ πάντες τὴν διάνοιαν μειοῦνται quae quam vera non sint nemo est, quin videat; nempe nonnulli senes usque ad extremum spiritum mente vigent. Simpliciori verbo χαλεπώτατον poeticum verbum ἀχθεινότατον substituit.

Maxime vero in sermone ipso stultum se praebuit. Quotiens enim sententias dilatavit, totiens peccavit: Primum § 4 Socrates respondisse dicitur Hermogeni mirato, cur defensionem non meditaretur: οὐ γὰρ δοκῶ σοι τοῦτο μελετῶν διαβεβιωκέναι, ὅτι οὐδὲν ἄλλο ποιῶν διαγεγένημαι ἢ διασκοπῶν μὲν τὰ τε δίκαια καὶ τὰ ἄδικα, πράττων δὲ τὰ δίκαια καὶ τῶν ἀδίκων ἀπεχόμενος ἦν περ ἐνομιζόν καλλίστην μελέτην ἀπολογίας εἶναι. Eaedem sententiae in Apologia, quae dicitur, concisius meliusque expressae sunt § 3 οὐ γὰρ δοκῶ σοι ἀπολογεῖσθαι μελετῶν διαβεβιωκέναι — ὅτι οὐδὲν ἄδικον διαγεγένημαι ποιῶν, ἦν περ νομίζω μελέτην καλλίστην ἀπολογίας εἶναι. Haec enim earum vis est: per totam vitam defensionem meae consului, quia nihil iniuste egi: quare facta mea pro me loquentur. Contra quam supervacanea sunt verba διασκοπῶν τὰ δίκαια καὶ τὰ ἄδικα quamque inepte verba τὰ δίκαια et τὰ ἄδικα cum

magna vi repetuntur, quasi aliquid proferatur, quod maximi momenti sit. Nam e Socratis doctrina per se patet, ei qui semper iusta agat, semper considerandum esse, quid iustum sit. Quantam vero operam sententias amplificandi dederit, quamque non sanam cogitationem concipere poterit, e § 7 patet: ἃ ἐγὼ (sc. τὸ βελτίω γίγνεσθαι) μέχρι τοῦδὲ τοῦ χρόνου ἤσθανόμεν ἐμαυτῷ συμβαίνοντα καὶ τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις ἐντυγχάνων καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους παραθεωρῶν ἐμαυτὸν οὕτω διατετέλεκα περὶ ἐμαυτοῦ γιγνώσκων· καὶ οὐ μόνον ἐγὼ, ἀλλὰ καὶ οἱ φίλοι οὕτως ἔχοντες περὶ ἐμοῦ διατελοῦσιν ubi verba Apologiae § 5 ὥστε — ταῦτὰ εὕρισκον καὶ τοὺς ἐμοὶ συγγιγνομένους γιγνώσκοντας περὶ ἐμοῦ, nimium quantum dicta sunt. Spatium illud, quod distrahendo natum est, inepte expletum est. Dicit enim, Socratem semper sensitse, se meliorem fieri inter alios homines versatum (καὶ τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις ἐντυγχάνων). Haec quid sibi velint, non intellego. Neque enim aliter homo Graecus melior evadere poterat, quam inter alios versatus. Extrema autem verba οὕτω διατετέλεκα περὶ ἐμαυτοῦ γιγνώσκων eandem sententiam repetunt, quae iam primis verbis subest. Nam ex eo, quod quis usque ad illud tempus quo loquitur, sentire dicitur, se meliorem fieri, sequitur, eum de se semper sic statuisset. In altera huius enunciationis parte cum ab addendis sententiis non temperaret, in novas ineptias incidit; pergunt enim: καὶ οὐ μόνον ἐγὼ, ἀλλὰ καὶ οἱ ἐμοὶ φίλοι οὕτως ἔχοντες περὶ ἐμοῦ διατελοῦσιν, οὐ διὰ τὸ φιλεῖν ἐμὲ, καὶ γὰρ οἱ τοὺς ἄλλους φιλοῦντες οὕτως ἂν εἶχον πρὸς τοὺς ἑαυτῶν φίλους, ἀλλὰ διόπερ καὶ αὐτοὶ ἂν οἶονται ἐμοὶ συνόντες βέλτιστοι γίγνεσθαι. Nempe Socratem latere non potuit, saepe fieri, ut nonnulli amicos ideo probos existiment, quia eos amant. In eis quae secuntur cum in Apologia simplicia verba invenisset, ὅταν αἰσθῶμαι χείρων γιγνόμενος πῶς ἂν ἐγὼ ἔτι ἂν ἠδέως βιοτεύουμι non temperavit, quin oppositam rem adderet; ἀλλὰ μὴν ταῦτά γε μὴ αἰσθανομένῳ μὲν ἀβίωτος

ἂν εἶη ὁ βίος, αἰσθανόμενον δὲ πῶς οὐκ ἀνάγκη τε καὶ
 ἐηδέστερον ζῆν, ubi ea quae ex opposita re per se intelleguntur,
 non apte per particulas ἀλλὰ μὴν — γε adnectuntur. Utrum tamen ille antithesin captans in ineptum ἀβίωτος βίος incidere, cum illi sententiae βιωτός βίος conveniat, an ἀβίωτος librariis tribuendum sit, pro certo statui non potest. Post ea verba quae ex § 26 Apologiae sumpta sunt, alia sententia legitur, quae omnes quae toto capite inveniuntur ineptias superat: εἰ γὰρ τὸ ἀδικεῖν χισχρόν ἐστι, πῶς οὐκ αἰσχρόν καὶ τὸ ἀδίκως ὀτιοῦν ποιεῖν. Hoc vel fatuus intellegat, si iniuste facere turpe sit, non minus turpe esse aliquid iniuste facere. Haec absurda sententia plerisque alia manu addita videbatur. Primum tamen non video causam, cur alius aliquid addiderit, cum omnia his omissis plana et perspicua sint, deinde non scholiastarum librariorumve est, tales interrogationes, quales huius scriptoris propriae sunt, margini apponere: πῶς οὐκ — ποιεῖν; denique hunc scriptorem hominem insulsum et ineptum fuisse satis cognovimus et cognoscemus. Haec verba a scriptore huius capituli scripta si mihi largieris, non minus concedes, eundem § 3 ineptam illam interrogationem ἢ ποῖος ἂν εἶη θάνατος καλλίων ἢ ὃν κάλλιστά τις ἀποθάνοι scripsisse. Hac interrogatione sententiarum conexus perturbatur, cum, omissa ea, sorites ille efficiatur, quem Weiskius, servata illa, effici frustra demonstrare studuit, hoc modo: καὶ πῶς ἂν τις κάλλιον ἢ οὕτως ἀποθάνοι, ποῖος δ' ἂν γένοιτο θάνατος εὐδαιμονέστερος τοῦ καλλίστου, ἢ ποῖος θάνατος θεοφιλέστερος τοῦ εὐδαιμονεστάτου. Non igitur dubitarem eorum qui illam interrogationem eiciunt opinioni accedere, si intellegerem, qua causa aliquis adductus esset, ut ad plana illa novam interrogationem ἢ ποῖος ἂν εἶη θάνατος καλλίων ἢ ὃν κάλλιστά τις ἀποθάνοι adderet. Si quid explicandum erat, illud οὕτως in priore interrogatione explanandum erat. Quare verisimilius mihi videtur, eum qui postremum caput

conscripsit, amplificationem quandam et exaggerationem captantem ineptisse⁴¹).

Totum autem sermonem non suo proprioque loco positum, sed aliunde sumptum esse vel ex ea ratione apparet, qua insertum est. Nam cum apte ad primam paragraphum adnectendum esset, multis verbis de pulcherrima Socratis morte intermissis longe remotum ab ea invenitur, ut plane praeter opinionem inseratur § 4.

Restat, ut eorum argumenta respiciamus, qui praeoccupata opinione ducti Apologiam ex postremo capite excerptam opinabantur. Ad quod demonstrandum duo potissimum argumenta attulerunt⁴²): Initio enim Apologiae haec in sermone leguntur: οὐχ ὀρθῶς τὰ Ἀθηναίων δικαστήρια ὡς πολλῶν μὲν οὐδὲν ἀδικοῦντας λόγῳ παραχθέντες ἀπέκτειναν, πολλῶν δὲ ἀδικοῦντας ἢ ἐκ τοῦ λόγου οἰκτίσαντες ἢ ἐπιχαρίτως εἰπόντας ἀπέλυσαν. Iam cum extremo capite brevius meliusque dictum sit: οὐχ ὀρθῶς ὅτι πολλοὺς μὲν ἤδη μηδὲν ἀδικοῦντας λόγῳ παραχθέντες ἀπέκτειναν, πολλοὺς δὲ ἀδικοῦντας ἀπέλυσαν concludunt, Apologiae scriptorem perperam geminam illam absolutionis causam addidisse. Tantum abest, ut haec ad refutandam nostram sententiam valeant, ut ad eam confirmandam multum conferant. Nam sane facilius et versimilius est, eum qui illud λόγῳ παραχθέντες legit, omisisse quae sequebantur ἢ ἐκ τοῦ λόγου οἰκτίσαντες ἢ ἐπιχαρίτως εἰπόντας ἀπέλυσαν, cum λόγῳ παραχθέντες ad utrumque membrum pertineat. Praeterea incertum est, num re vera Apologiae scriptor λόγῳ παραχθέντες scripserit ac non λόγῳ παραχθέντες id quod

41) Luculentissimum talis exaggerationis recentiorum exemplum in laudatione Agesilai reperitur II, 12: ubi quod in initio sententiae negatur, in fine conceditur: καὶ κραυγὴ μὲν οὐδεμία ἦν, οὐ μὴν οὐδὲ σιγή, φωνὴ δὲ τις ἦν τοιαύτη, ὡς ἀργὴ τε καὶ μάχη παράσχοι ἄν.

42) cf. Hug. p. 439.

in Parisino A tradi videtur. Nam ii qui insontes condemnant, optime accusatorum oratione perturbati hoc fecisse dicuntur optimeque congruunt, quae secuntur: ἡ ἐκ τοῦ λόγου οἰκτίσαντες ἡ ἐπιχαρίτως εἰπόντας. Finge tibi animo, capitis octavi scriptorem iam ταρχχθέντες in παραχθέντες mutatum invenisse, recte ultima illa verba, quae supervacanea fiebant, omisit. — Alterum argumentum e verbis § 26 petunt: οἶδ' ὅτι καὶ ἐμοὶ μαρτυρήσεται ὑπό τε τοῦ ἐπιόντος καὶ ὑπό τοῦ παρεληλυθότος χρόνου, quorum loco in commentariis haec leguntur: οἶδα γὰρ ἀεὶ μαρτυρήσασθαι ἐμοὶ ὅτι ἐγὼ ἠδίκησα οὐδένα et quae secuntur: Concedendum est, in Apologia sententias non optime expressas esse, quia extrema verba καὶ ὑπό τοῦ παρεληλυθότος χρόνου satis supervacanea sunt neque desiderantur, si omittuntur. Tamen poterat octavi capitis scriptor pro utroque membro simplex illud ἀεὶ substituere, et sive casu sive opera data Apologiae verba corrigere. Quae cum ita sint, dubium esse non potest, quin is qui postremum hoc caput conscripsit, Apologiam in manibus habuerit maximamque partem ex illa concinnaverit.

Pauca supersunt, quae non ex ea sumpta sunt, primum quae de sacrae illius legationis negotio narrantur (§ 2) et quae de pulcherrima morte Socratis dicta sunt (§ 3) deinde conspectus virtutum obiter factus (§ 11). Illa (§ 2) videtur partim ex Platonis Phaedone (58 B) partim de suo sumpsisse (§ 3), haec ex commentariis ipsis conglutinare poterat. Exempli causa afferro verba ὥστε μὴ διαμαρτάνειν — μηδὲ ἄλλου προσδεῖσθαι, ἀλλ' αὐτάρκης εἶναι quibuscum conferas II, VI, 2 ὅστις δαπανηρὸς ὢν μὴ αὐτάρκης ἐστίν, ἀλλ' ἀεὶ τῶν πλησίον δεῖται.

Omni igitur dubitatione de aliena huius capitis origine sublata, restat, ut ceterarum sententiarum condicionem orationemque consideremus.

Vel prima sententia tam obscura manequae est, ut vix intellegas, quid scriptor voluerit. „Quod si quis propterea

quia Socrates quamquam daemonium sibi significare dicebat, quid faciendum quidve omittendum esset, tamen mortis condemnatus est, eum mendacii de daemonio convinci putat consideret, eum iam ad eam aetatem provectum fuisse, ut ei haut ita multo post e vita decedendum esset, deinde eum senectutis incommoda effugisse. Qui autem fieri poterat, ut aliquis Socratem mendacii argueret, quia mortis condemnatus erat? Num ille dixerat, sibi a daemonio modum viamque significatum iri, quomodo insidias inimicorum vel mortis damnationem effugeret? Nihil aliud dixerat, quam daemonium sibi ostendere, quid faciendum quidque omittendum esset et hoc ipsum daemonium fecisse narratur (cf. § 5). Quo igitur iure Socrati mendacii crimen fiat, non perspicio. Post primariam sententiam merito expectabis, dictum iri utrum ille qui crimen mendacii Socrati facit, recte an falso iudicet. Nihil tale invenitur, sed ea sententia subsequitur, quae quo nexu cum antecedentibus cohaereat, obscurum est: „Consideret primum, Socrati haut ita multo post moriendum fuisse et eum senectutis incommoda effugisse. Quae sententiae tum denique aptae erunt, cum hanc tibi protasin finges: si quis mirabitur, daemonium Socratem orationem meditantem impedivisse, quo minus mortem effugeret, is consideret, ei haut ita multo post moriendum fuisse. Hic igitur scriptor sententias non congruas conglutinavit. non idoneus ad sanas sententias concipiendas. Unde singulas sumpserit, facile est intellegere. Primae sententiae ansam dedisse videntur commentariorum verba I, 1, 5: ἐδόκει δ' ἂν ἀμφοτέρα ταῦτα εἰ προαγορεύων ὡς ὑπὸ θεοῦ φαινόμενα ψευδόμενος ἐφάνετο, vel Apologiae verba § 13 ὡς γε μὴν οὐ ψεύδομαι κατὰ τοῦ θεοῦ. Sequentem facillime ex Apologia § 7 sumere poterat: τὸ ἐν καιρῷ τῆς ἡλικίας καταλῦσαι τὸν βίον. Verba ὅτι τὸ μὲν ἀχθαινότατον — προσεκλήσατο e postrema Apologiae parte sumpta esse demonstratum iam est. Observatione autem dignum est, quod scriptor hoc

caput ab iisdem verbis incepit, a quibus extremam commentariorum enunciationem incipere videbat, εἰ δὲ τις. Haec parum diligens dicendi ratio bono scriptori non ignosceretur. Idem ille fecerat, cum colloquium consueret (§ 9), ut iure tuo concludas, eum ut sententiarum, ita verborum inopem fuisse. Dindorfius tamen ultimam commentariorum sententiam uncis inclusit: εἰ δὲ τις μᾶλλον ἢ κατὰ τὴν ἀνθρωπίνην σοφίαν ὠφελεῖσθαι βούλοιτο, συνεβούλευε μαντικῆς ἐπιμελεῖσθαι· τὸν γὰρ εἰδότεα δι' ὧν οἱ θεοὶ τοῖς ἀνθρώποις περὶ τῶν πραγμάτων σημαίνουσιν οὐδέποτε ἔρημον ἔφη γίγνεσθαι συμβουλῆς θεῶν. In medio tamen reliquit, utrum haec ab alio an ab eodem qui octavum caput conscripsit, composita essent. Dicit enim (praef. XIII), quae hic de μαντικῆι dicerentur, nihil repetere nisi quae de eadem re Comm. I, 1, 6 dicta sunt ibique multo disertius, cum hic transitus tantum parandi causa addita viderentur. Quod iudicium mihi non probatur. Iniuria reprehendere mihi videtur, eandem sententiam hic inveniri, quae in prioribus commentariorum capitibus exposita est. Nam cum primis duobus capitibus Xenophon ad crimina accusatorum confutanda mores Socratis exposuisset et sequentibus capitibus colloquia ab eo cum discipulis habita protulisset, necesse erat, identidem easdem sententias repeteret, si modo mores Socratis cum doctrina conveniebant. Plures autem sententiae re vera bis inveniuntur; neque haec repetitio offensioni esse potest nisi anxie eam scrutanti. Ipsa autem verba et per se et sententiarum conexui apta sunt; nam Socrates septimo libri quarti Commentariorum capite homines ad res agendas idoneos fecisse narratur, ita ut quarum rerum ipse gnarus erat, eas doceret, quarum ipse ignarus erat, demonstraret, a quibus eas discerent. Cuius rei cum multa exempla afferuntur, tum postremo discipulos admonuisse dicitur, ut a peritis discerent, quomodo corpus curarent. Iam concludit Xenophon hoc caput illa sententia: si quis vero maiora quam pro humana sapientia assequi voluit, eum

admonuit, ut divinationi operam daret. Ut igitur discipulis rerum humanarum peritos demonstrabat, a quibus eas discerent, sic rerum quae humana intellegentia perspici non possent, deos peritos esse putabat et eas ab illis discendas. Neque melior transitus fit ad octavum caput, si haec verba interponuntur, cum octavo capite Socrates neque maiore quam pro humana intellegentia peteret neque divinationi operam daret.

In iis quae secuntur: τὴν τε δίκην πάντων ἀνθρώπων ἀληθέστατα καὶ ἐλευθεριώτατα καὶ δικαιοτάτα εἰπὼν καὶ τὴν κατάγνωσιν τοῦ θανάτου πρόβητα καὶ ἀνδρωδέστατα ἐνεγκῶν non possum non intellegere amplificationem exaggerationemque recentiorum propriam. Quomodo autem illa hac enunciatione confirmentur, non video: ὁμολογεῖται γὰρ οὐδένα πω τῶν μνημονευομένων ἀνθρώπων κάλλιον θάνατον ἐνεγκεῖν, quae praesertim item confirmatione egeant: ἀνάγκη μὲν γάρ. Iam si quaeris, qua re pulcherrima eius mors comprobetur, invenies, eum tempore quod fuit inter condemnationem et mortem, eodem modo vixisse, quo antea. Antea autem omnium hominum maxime hilariter et suaviter vixerat (εὐθύμως τε καὶ εὐκόλως). Ac ne dubites, quin haec scriptoris sententia fuerit, statim subsequuntur: καὶ πῶς ἂν τις κάλλιον ἢ οὕτως ἀποθάνοι; Haec tamen mors num omnium pulcherrima dici possit, maxime mihi dubium est. Mihi quidem ea mors, quae in defendenda patria obitur, ut Leonidae, pulchrior et illi praefenda videtur. Has sententias cum Schneiderus languidas esse putaret, dixisse videtur (§ 3), illud οὕτως aperte ad narrationem de morte Socratis pertinere, quae cum praecedere deberet, tamen hic sequeretur. Mihi tamen inepta sententiarum coniunctio inepti scriptoris culpa facta esse videtur. E verbis λέξω δὲ καὶ ἡ Ἐρμογένους τοῦ Ἰππονίκου ἤκουσα περὶ αὐτοῦ et § 11 quae eodem pertinent: ἐμοὶ μὲν δὴ τοιοῦτος ὦν οἷον ἐγὼ διήγημαι apparet, scriptorem huius capitis personam Xenophontis gerere et

hoc caput non casu commentariis additum, sed idcirco conscriptum esse, ut illis finis imponeretur. Impudentius autem quam Apologiae scriptor, mentitus est, cum dicat, se colloquium ab Hermogene audivisse; ille enim tantum dicit, Hermogenem illud retulisse. In sequentibus verbis: ἤδη Μελήτου γεγραμμένου τὴν γραφὴν nomen accusatoris a Xenophontis consuetudine abhorrere iam demonstratum est. § 11 verba δίκαιος ὥστε βλάπτειν μηδὲ μικρὸν μηδένα exaggerata sunt. Hominis enim Graeci erat: νικᾶν τοὺς μὲν φίλους εὖ ποιῶν, τοὺς δ' ἐχθροὺς κακῶς⁴³). Hostibus igitur damnum inferre Socrati, ut Graeco, non iniustum videbatur. Verius scriptor dixisset, si sic scripsisset: οὕτως δίκαιος ἦν, ὥστε ἀδικεῖν μὲν μηδὲ μικρὸν μηδένα. Ipsius autem virtutis conspectus maxima pars superflua videbitur reputanti, Xenophontem prioribus capitibus mores virtutesque Socratis persecutum et I, II, 62 verbis ἐμοὶ μὲν δὴ Σωκράτης τοιοῦτος ὢν ἐδόκει et quae secuntur, virtutes iam complexum esse. Quare sola extrema verba § 11: ἰκανὸς δὲ καὶ ἄλλους δοκιμάσαι τε καὶ ἄμαρτάνοντας ἐλέγξει καὶ προτρέψασθαι ἐπ' ἀρετὴν καὶ καλοκάγαθίαν apta sunt; quibus quidem ea, quae colloquiis demonstrata sunt, scriptor complectitur. Extrema autem sententia ita inepta et obscura est, ut ea denuo confirmetur, hunc scriptorem et sententiarum et verborum inopem fuisse: εἰ δὲ τῷ μὴ ἀρέσκει ταῦτα παραβάλλων τὸ ἄλλων ἦθος πρὸς ταῦτα οὕτως κρινέτω. Primum ambiguum est, quale sit illud ταῦτα: utrum virtutes illae, quibus demonstravi, Socratem optimum virum fuisse, an hoc meum iudicium quo eum optimum fuisse statui, ut ταῦτα ad verba quibus iudicium continetur, referatar: ἐδόκει τοιοῦτος εἶναι οἷος ἂν εἴη ἄριστος καὶ εὐδαιμονέστατος ἀνὴρ? Haec nimis breviter expressa sunt. Verum quid scriptori in animo fuerit, patet

43) Comm. II, VII, 35.

e sequentibus παραβάλλων τὸ ἄλλων ἦθος πρὸς ταῦτα ubi illud ταῦτα non potes ad Socratis mores non referre: nam mores cum moribus comparandi sunt. Quare ne prius quidem ταῦτα aliter intellegendum videtur. Deinde illud οὕτω ante κρίνω ambiguum est; potest enim significare: sic iudicet, ut ego iudicavi, aut: sic iudicet: id est enim: aliorum mores conferens cum aliis⁴⁴). Tertium ponitur is, cui, quae de Socrate dicta sunt, displicere cogitantur, ea improbare moribus eius cum aliis nondum comparatis. Poterat tamen aliquis meliorem hominem novisse et cum haec verba legeret, moribus illius cum Socrate collatis Socratis mores improbare. Hoc conceditur in conclusione Apologiae, quam hic scriptor imitatus esse videtur: εἰ δέ τις τῶν ἀρετῆς ἐφιευμένων ὠφελιμωτέρῳ τινὶ Σωκράτους συνεγένετο, ἐκείνον ἐγὼ τὸν ἄνδρα ἀξιωμακκαραριστότατον νομίζω.

Sententiarum structuram a plana et dilucida Xenophontis dictione abhorrere consentaneum est, cum saepe multae sententiae in unam coacervatae sunt. Cuius generis vel prima sententia est: εἰ δέ τις ὅτι φάσκοντος αὐτοῦ τὸ δαιμόνιον ἑαυτῷ προσημαίνειν ἅ τε δέον καὶ ἅ μὴ δέον ποιεῖν ὑπὸ τῶν δικαστῶν κατεγνώσθη θάνατος, οἶσται αὐτὸν ἐλέγχεσθαι περὶ τοῦ δαιμονίου ψευδόμενον, ἐννοησάτω πρῶτον μὲν ὅτι οὕτως ἤδη τότε πόρρω τῆς ἡλικίας ἦν, ὡς τε εἰ καὶ μὴ τότε, οὐκ ἂν πολλῷ ὕστερον τελευτῆσαι τὸν βίον· εἶτα ὅτι τὸ μὲν ἀχθεινότητάν τε τοῦ βίου καὶ ἐν ᾧ πάντες τὴν διάνοιν μειοῦνται ἀπέλιπεν, ἀντὶ δὲ τούτου τῆς ψυχῆς τὴν ρώμην ἐπιδειξάμενος εὐκλειαν προσεκτίησάτο, τὴν τε δίκην πάντων ἀνθρώπων ἀληθέστατα καὶ ἐλευθεριώτατα καὶ δικαιοτάτα εἰπὼν καὶ τὴν κατάγνωσιν τοῦ θανάτου πρῶτατα καὶ ἀνδρωδέστατα ἐνεγκών. Quisquis hanc im-peditissimam sententiam leget, non poterit non conicere, haec a male sano scriptore aliunde corrassa esse. Non

44) ut III, X, 2 συνάγοντες οὕτω ποιεῖτε.

minus perplexa et impedita est extrema enunciatio § 11: ἐμοὶ μὲν δὴ τοιοῦτος ὢν οἷον ἐγὼ διήγημαι, εὐσεβῆς μὲν οὕτως ὥστε μηδὲν ἄνευ τῆς τῶν θεῶν γνώμης ποιεῖν, δίκαιος δὲ ὥστε βλάπτειν μὲν μηδὲ μικρὸν μηδένα, ὠφελεῖν δὲ τὰ μέγιστα τοὺς χρωμένους αὐτῷ, ἐγκρατῆς δὲ, ὥστε μηδέ ποτε προαιρεῖσθαι τὸ ἥδιον ἀντὶ τοῦ βελτίονος, φρόνιμος δέ, ὥστε μὴ διαμαρτάνειν κρίνων τὰ βελτίω καὶ τὰ χείρω, μηδὲ ἄλλου προσδεῖσθαι, ἀλλ' αὐτάρκης εἶναι πρὸς τῆν τούτων γνώσιν, ἱκανὸς δὲ καὶ λόγῳ εἰπεῖν τε καὶ διορίσασθαι τὰ τοιαῦτα, ἱκανὸς δὲ καὶ ἄλλους δοκιμάσαι τε καὶ ἀμαρτάνοντας ἐλέγχει καὶ προτρέψασθαι ἐπ' ἀρετῆν καὶ κάλο κάγαθίαν, ἐδόκει τοιοῦτος εἶναι οἷος ἂν εἴη ἄριστός τε ἀνὴρ καὶ εὐδαιμονέστατος. Quantum hic orationis tumōr et ampullae a simplicitate Xenophontea orationis distant. Tanto verborum hiatu ἐδόκει ab ἐμοὶ seiunctum est, ut librariorum illud oblitos post ἐδόκει δὲ inseruisse mirum non sit. Ad imitandum sibi proposuit scriptor verba commentariorum I, II, 62: ἐμοὶ μὲν δὴ Σωκράτης τοιοῦτος ὢν ἐδόκει et postrema verba I, 1, 20: οἷά τις ἂν καὶ λέγων καὶ πράττων εἴη τε καὶ νομίζοιτο εὐσεβέστατος. Neque umquam bonus scriptor ita interrogationes adauxit, ut § 3 augentur: καὶ πῶς ἂν τις κάλλιον ἢ οὕτως ἀποθάνοι; ἢ ποῖος ἂν εἴη θάνατος καλλίων ἢ ὃν κάλλιστά τις ἀποθάνοι; ποῖος δ' ἂν γένοιτο θάνατος εὐδαιμονέστερος τοῦ καλλίστου; ἢ ποῖος θεοφιλέστερος τοῦ εὐδαιμονεστάτου. Fortasse hic recens ille homo consuetudinem Xenophontis, quem interrogationibus non raro usum esse scimus (ut I, 1, 5, 6), in maius auxit amplivicavitque.

Ut sententiarum structura varia est, sic verborum delectus: in eis partibus, quas ex Apologia sumpsit aut quas ipse profert, multa verba inveniuntur, quae a Xenophontis usu et a veterum consuetudine aliena sunt, in ea parte, quae commentariorum ope confecta est, (§ 11) verborum usus cum Xenophonte consentit.

Primum quidem a Xenophontis usu abhorret: ἀνδρωδέστατα pro ἀνδρειότατα; συνήθεις; (§ 2) nam ii, qui Socratis consuetudine utebantur, a Xenophonte nominati sunt: συνόντες, ὀμιλοῦντες, συνουσιασταί, ἑταῖροι, συνδιατρίβοντες; ἀλλοιότερον διαβιούς pro ἄλλως vel ἄλλη διαβιούς; εὐκόλως (§ 3) Xenophon non pro ῥαδίως vel ἡδέως usurpavit (§ 7). Item (§ 8) ἀποβαίνειν pro γίγνεσθαι, cum adiectivo coniunctum; § 10 ἐπιμελείας τεύξομαι, ubi ἐπιμέλεια in gloriae laudisve notionem abiit; § 11 γνῶσις pro τὸ γινώσκειν, λόγῳ εἰπεῖν τε καὶ διορίσασθαι pro εἰπεῖν τε καὶ λόγῳ διορίσασθαι a Xenophonte aliena sunt. Alia inveniuntur, quae tantum modo recentiorum in usu erant: § 7 παραθεωρῶν quod pro παραβέβητων Lucianus et Dio Cassius dixerunt; ibidem διόπερ, quod pro ὅτι vel διότι veteribus ignotum est.

Quae cum ita sint, cum scriptor hoc capite commentariis finem imponere vellet, necesse est, eum illo tempore Apologiam et Oeconomicum ab iis seiuncta vidisse. Non dubito, quin Apologiam a Xenophonte ipso compositam putaverit, ex qua quidem ea sumeret, quae a Xenophonte scripta aliis probare voluit. E verborum delectu sententiarumque condicione apparet, scriptorem inter ineptissimos fuisse et hunc epilogum multo peiorem esse iis, qui simili modo a posterioribus Xenophontis scriptis additi sunt, capite XIV. rei publicae Lacedaemoniorum, Cynegetici epilogo XII. XIII. capitibus ab eodem composito, qui prohoemium praeposuit, Cyropaediae VIII. capite libri VIII, Apologia.

Iam quaeritur, utrum additamenta, quibus maioribus minoribusque commentarios auctos esse constat⁴⁵⁾, ab uno eodemque, fortasse ab octavi capitis vel Apologiae scriptore, an ab aliis apposita sint.

⁴⁵⁾ cf. Dindorfii praefatio in. Oxon. ed.

Colloquio illo, quo Socrates Xenophontem et Critobulum rebus venereis plane abstinere et idcirco illum cito fugere, si quem pulcrum hominem videret, hunc peregrinari annum iussit (I, III, 8—15). § 15 haec leguntur: οὕτω δὲ καὶ ἀφροδισιάζειν τοὺς μὴ ἀσφαλῶς ἔχοντας πρὸς ἀφροδίσια ᾤετο χρῆναι πρὸς τοιαῦτα, οἷα μὴ πάνυ μὲν δεομένου τοῦ σώματος οὐκ ἂν προσδέξαιτο ἢ ψυχῇ, δεομένου δὲ οὐκ ἂν πράγματα παρέχοι. αὐτὸς δὲ πρὸς ταῦτα φανερός ἦν οὕτω παρεσκευασμένος, ὥστε βῆρον ἀπέχεσθαι τῶν καλλίστων καὶ ὠραιοτάτων ἢ οἱ ἄλλοι τῶν αἰσχίστων καὶ ἄωροτάτων. Licet haec verba obscure dicta siut, ut voci τοιαῦτα quid subsit, potius suspicari, quam intellegere possim (nimirum τὰ παιδικά), tamen apparet, his verbis Socratem iuvenes non plane vetuisse rebus venereis se dedere, sed modum tenere iussisse. Quare cum antecedentibus repugnent, quibus ille iuvenes libidinibus abstinere iusserat, a Xenophonte ipso addita esse non queunt. Altera tamen conclusio accedit hisce verbis: περὶ μὲν δὲ βρώσεως καὶ πίσεως καὶ ἀφροδισίων οὕτω παρεσκευασμένος ἦν καὶ ᾤετο οὐδὲν ἂν ἤττον ἀρκούντως ἤδεσθαι τῶν πολλὰ ἐπὶ τούτοις πραγματευομένων, λυπεῖσθαι δὲ πολὺ ἔλαττον. Ne haec quidem a Xenophonte scripta esse possunt. Etenim quisquis ea addidit, nesciit vel animum non attendit, non esse demonstratum, quales Socratis mores essent, sed eum factis dictisque discipulos adiuvisse (IV, 1, ὡς δὲ δὴ καὶ ὠφελεῖν ἐδόκει μοι τοὺς συνόντας τὰ μὲν ἔργῳ δεικνύων αὐτὸν οἷος ἦν, τὰ δὲ καὶ διαλεγόμενος. Quare Dindorfius ea recte inclusit. Iam idem qui modo dixerat, qualem se Socrates in rebus venereis praeberet, adicere non poterat: περὶ μὲν — ἀφροδισίων οὕτω παρεσκευασμένος ἦν, ubi οὕτω non ad proxime antecedentia, sed ad ea, quae § 8—14 exposita sunt, referatur necessest. Verisimile est, sententiam § 15 ab alio additam esse, ut colloquio finem imponeret, quae conclusio postea, paragrapho 14 ab alio inserta, seiuncta est. Quae cum ita sint, con-

stat, additamenta in commentariis non ab uno homine addita esse.

Cum tamen ex his additamentis non eluceat, utrum a scriptore Apologiae et extremi capitis composita sint necne, aliud in medium proferam, quod neque ab hoc neque ab illo conscriptum esse potest. Ante caput quartum libri quarti scripta sunt haec: ἀλλὰ μὴν καὶ περὶ τοῦ δικαίου γε οὐκ ἀπεκρύπτετο ἦν εἶχε γνώμην, ἀλλὰ καὶ ἐργῶ ἀπεδείκνυτο, ἰδίᾳ τε πᾶσι νομίμως τε καὶ ὠφελίμως χρώμενος καὶ κοινῇ ἀρχουσί τε ἃ οἱ νόμοι προστάττειεν πειθόμενος καὶ κατὰ πόλιν καὶ ἐν ταῖς στρατείαις οὕτως, ὥστε διάδηλος εἶναι παρὰ τοὺς ἄλλους εὐτακτῶν· (§ 2) καὶ ὅτε ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἐπιστάτης γενόμενος οὐκ ἐπέτρεψε τῷ δήμῳ παρὰ τοὺς νόμους ψηφίσασθαι, ἀλλὰ σὺν τοῖς νόμοις ἠνταντιώθη τοιαύτη ὀρμητῆ τοῦ δήμου, ἦν οὐκ ἂν οἴμαι ἄλλον οὐδένα ἀνθρωπον ὑπομεῖναι· (§ 3) καὶ ὅτε οἱ τριάκοντα προσέταττον αὐτῷ παρὰ τοὺς νόμους τι, οὐκ ἐπέειθετο· τοῖς τε γὰρ νέοις ἀπαγορευόντων αὐτῶν μὴ διαλέγεσθαι καὶ προσταξάντων ἐκείνῳ τε καὶ ἄλλοις τισὶ τῶν πολιτῶν ἀγαγεῖν τινα ἐπὶ θανάτῳ, μόνος οὐκ ἐπέεισθη, διὰ τὸ παρὰ τοὺς νόμους αὐτῷ προστάττεσθαι· (§ 4) καὶ ὅτε τὴν ὑπὸ Μελήτου γραφὴν ἔφευγε, τῶν ἄλλων εἰωθότων ἐν τοῖς δικαστηρίοις πρὸς χάριν τε τοῖς δικασταῖς διαλέγεσθαι καὶ κολακεύειν καὶ δεῖσθαι παρὰ τοὺς νόμους καὶ διὰ τὰ τοιαῦτα πολλῶν πολλάκις ὑπὸ τῶν δικαστῶν ἀφισμένων, ἐκείνος οὐδὲν ἠθέλησε τῶν εἰωθότων ἐν τῷ δικαστηρίῳ παρὰ τοὺς νόμους ποιῆσαι, ἀλλὰ ῥαδίως ἂν ἀφειθείς ὑπὸ τῶν δικαστῶν εἰ καὶ μετρίως τι τούτων ἐποίησε, προσείλετο μᾶλλον τοῖς νόμοις ἐμμένων ἀποθανεῖν ἢ παρανομῶν ζῆν· καὶ ἔλεγε δὲ οὕτως καὶ πρὸς ἄλλους μὲν πολλάκις, οἶδα δὲ ποτε et quae secuntur.

Haec verba ab homine rerum illa aetate gestarum ignaro composita esse egregie Geelius iam perspexit (pag. 9 sqq); paucis argumenta a me aucta percurram.

Primum quidem interpolator ille nescivisse videtur, ἐπιστάτην in concione per unum diem munere functum esse: quare non ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, sed ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ scribendum erat; verisimillimum est, eum verba I, 1, 18 variasse: ἐπιστάτης ἐν τῷ δήμῳ γενόμενος, § 3 respicit ad lepidam illam cavillationem Socratis (I, 2, 33 sqq), et legem a Critia et Charicle latam λόγων τέχνην μὴ διδάσκειν, quam illi ita interpretati sunt, ut eum omnino cum adolescentibus colloqui vetarent. Iam non intellegitur, cur triginta viri Socratem contra leges vetuerint cum adolescentibus confabulari. Si haec contra leges vetabant, necesse est legem fuisse, qua licebat cum adolescentibus colloqui, quae tamen ridicula lex esse non potuit. Deinde falso ille dixit, Socratem vetantibus non oboediisse (εὐκ ἐπέιδετο), cum e Xenophontis verbis contrarium factum esse sciamus I, 2, 34: ἐγὼ τοίνυν παρεσκεύασμαι μὲν πείθεσθαι τοῖς νόμοις. § 4: Perperam ii, qui iudicum animos ad misericordiam convertere solerent precando blandiendoque, hoc παρὰ τοὺς νόμους fecisse dicuntur. Si re vera legibus vetitum fuisset, quemquam in causa dicenda iudicum animos flectere, Plato Socratem non dicentem fecisset cap. 24: οὐδὲ δίκαιόν μοι δοκεῖ εἶναι δεῖσθαι τοῦ δικαστοῦ οὐδὲ δέομενον ἀποφεύγειν, ἀλλὰ διδάσκειν καὶ πείθειν. Mirum porro fuisset, si id quo nihil frequentius in Attico iudicio erat, legibus vetitum fuisset.

Haec a Xenophonte scripta esse non possunt; ac ne ab eo quidem qui Apologiam conscripsit, profecta esse queunt, quippe qui non dicat, Socratem ad preces non descendisse quia contra leges esset, sed quia illud tempus morti commodissimum visum esset § 23: τὸ δὲ μὴ ἀποθανεῖν οὐκ ᾔετο λιπαρητέον εἶναι, ἀλλὰ καὶ καιρόν ἤδη ἐνόμιζεν εἶναι. Neque tamen idem in octavi capitis scriptorem cadit, qui illis Apologiae verbis omissis cum in initio Socratem iustissime se defendisse dicat, his verbis legis, qua sancitum erat, ne quis ad preces descenderet,

observationem significasse possit. Comparanti tamen dicendi genus, quod est in illo cap. IV prohoemio et in extremo capite, dubium esse non potest, quin ea a diversis composita sint. Interpolator enim ille, praeterquam quod ter enunciationes a verbis καὶ ὅτε incepit, orationem bene composuit et liquidi fusique Xenophontis sermonis peritum se praebuit, postremi capitis auctor nullam fere sententiam non inepte expressit et oratione corrupta et a Xenophonte remotissima utitur. Hos igitur scriptores a se diversissimos esse censeo.

Iam cum scitu dignissimum sit, qui factum sit, ut talia additamenta Xenophontis scriptis adicerentur et collectioni illius operum scripta ab eo non composita insererentur nostris temporibus Beckhausius tribus doctissimis commentationibus hanc quaestionem persolvere sibi visus est⁴⁶⁾. Haec cum ad nostram quaestionem pertineant, paucis de opinione illius disserendum mihi est.

Is enim cum Agesilai laudatione, cuius prius et alterum caput ex Hellenicorum verbis confecta notum est, plures res narrarentur, quam quas auctor ex Hellenicis ipsis sumere posset, cumque ex Dionysii Diogenisque testimonio nepotem fuisse Xenophonti conclusisset, eodem nomine appellatum, qui Isocratis consuetudine utebatur, collegit, Agesilai laudationem, cuius genus dicendi Isocraeorum orationis simile esset, Isocrate auctore a nepote compositam, ut avi materia uteretur. Cumque nepos particulas γὰρ μὲν magno studio per Agesilaum amplexus esse videretur, omnia scripta, quibus frequentem illarum particularum usum communem videbat, aut a nepote edita (Symposion, Hipparchicum, de re equestri, postremos quinque Hellenicorum libros) aut composita esse (Agesilaum,

⁴⁶⁾ in dissertatione de Agesilai laudatione 1866, libello scholico gymnasii Rogaseni 1872, commentatione in Zeitschrift für das Gymnasialwesen XXVI., Aprilheft.

Cyropaediae epilogum, librum de Vectigalibus, libellum de republica Lacedaemoniorum, Apologiam) opinatus est. Vides, totam illius opinionem Agesilai laudationis fundamento extractam esse, quod fundamentum si evertitur, totum aedifium corruet.

Praefracte nego, Agesilai scriptorem res a Xenophonte avo collectas ad libellum conficiendum adhibuisse. In rebus enim narrandis identidem tam mirifice errat, ut intellegas, eum res aliunde quam ex Hellenicis cognitatas non habuisse et ab ea aetate, cuius facta narravit, longe abfuisse⁴⁷⁾. Poterat autem eas res, quae Hellenicis non narrantur, ab aliis scriptis ut Theopompi sumere. Fieri deinde non poterat, ut nepos ille, quamvis stultum eum tibi fingas, diceret, se pugnae apud Coroneam commissae interfuisse, quo tempore nondum lucem aspexerat⁴⁸⁾. Nam Beckhausius nepotem circa tricentesimum septuagesimum tertium annum natum esse computavit⁴⁹⁾. Idemque nego, Apologiam ab illo nepote scriptam esse. Nepos enim ignorare non poterat, verbo τοῦ κατηγόρου ab avo non Meletum, sed Polycratem significatum esse. Hunc mirificum errorem is solus committere poterat, qui ab illorum temporum memoria longe remotus erat. Miror autem, quod Cobetus (N. L. 682) et qui cum eo consentit Beckhausius, dixerunt, Apologiam, in qua quidem nondum absurdae illae narrationes de Socrate accusatoribusque invenirentur, non post aetatem, qua Xenophon vixit compositam esse. Nonne absurdissima narratiuncula est, quod Socrates, aliorum malo gavisus, Anyto filii miseram mortem vaticinatus esse inducitur?

Aliud vitium a Beckhausio ea re commissum esse mihi videtur, quod nimium particularum γε μὴν usu tribuit,

47) praeter multa alia cf. II, 20, 21, 25.

48) II, 9, ἑώραον δὲ τὰς τε φάλαγγας.

49) Ztschr. f. d. G. pag. 256.

parum vel nihil reliquae orationis discrepantiae. Nam Apologia, cuius dicendi generi manifestissima recentioris originis vestigia impressa sunt, non ab eodem, qui libellum de Vectigalibus scripsit, composita esse potest. Scriptorem enim Vectigalium enim cum medio quarto saeculo a. Chr. n. scripserit, ab orationis vitiis immunem esse consentaneum est. Rectius Beckhausius iudicasset, si propter similem quandam dictionem libellum de republica Lacedaemoniorum, librum de Vectigalibus, Hipparchicum, librum de re equestri eidem adscripsisset. Ex hoc tamen numero eximendus esset libellus de republica Lacedaemoniorum, qui cum ab alio circa Leuctricae pugnae aetatem caput XIV additum sit, antiquiorem quam nepotem auctorem habeat necesse est. Ac ne caput XIV quidem ab eo compositum credi potest, si Beckhausii computationem de nepotis vita sequeris. Ceterum Xenophontis nepos nondum ea aetate esse poterat, ut haec conscriberet⁵⁰). Tantum igitur abest, ut difficultates removeantur illa Beckhausii coniectura, ut novae exoriantur.

Ut autem novae oriuntur difficultates, sic veteres resident. Nam Beckhausius animum non attendit ad eas particulas, quarum illa γε μὲν non propria sunt. Cynegetici enim librum epilogo (cap. XI, XII) et prohoemio (cap. I) auctum esse, recte iam Valekenarius iudicaverat (Diatr. de Aristob. 114 in adn.) quae quidem consilio totius libelli repugnant. Cum ab utroque particularum γε μὲν usus absit, Beckhausio concludendum erat, utrumque non a nepote compositum. Relinquitur igitur quaestio, a

⁵⁰) Beckhausius qui caput XIV intra annos 342—344 a nepote, postquam librum de republica Lacedaemoniorum avi materia usus composuit (p. 251 Ztschr. f. d. Gymnasialw.) additum censet, non demonstravit, quomodo de illo tempore cap. XIV verba: οὐδ' ἐπίσταμαι τοὺς δοκοῦντας πρῶτους εἶναι ἐσπουδαχότας ὡς μηδέποτε παύονται ἀρμόζοντες ἐπὶ ξένης et quae secuntur, dici potuerint.

VITA.

Rudolfus Lange natus sum Berolini die XII mensis Julii a. h. s. L, patre Adolfo, matre Augusta e gente Büchneriana. Pater meus huius urbis scholae praeerat. Fidei addictus sum evangelicae. Prima literarum elementa in patris et privata Bohmii schola edoctus, duodecim annos natus in gymnasium Berolinense me contuli, quod per sex annos frequentavi. Cum in secundo ordine essem, mater dilectissima praematura morte mihi erepta est. Auctumno a. h. s. LXIX maturitatis testimonio instructus inter cives Fridericae Guilelmae universitatis Berolinensis receptus sum. Vix animum ad philologica studia applicaveram, cum patris morte ab iis per aliquod tempus revocatus sum. Reversus deinde ad ea per septies sex menses hos illustrissimos viros audivi: Bonitzium, Curtium, Harnsium, Hauptium, Hübnerum, Kirchhoffium, Mommsenium, Müllenhoffium, Trendelenburgium. Seminarii philologici per quater sex menses sodalis ordinarius fui. Praeterea Bonitzius ad Aristotelicas, Kirchhoffius ad Graecas, Müllenhoffius ad Theodiscas exercitationes aditum mihi benigne permiserunt. Quibus viris omnibus debitas hic ago gratias.

SENTENTIAE CONTROVERSARUM.

- I) Xen. Vectig. V, 1, εὐκτοτέρων legendum est (cdd. πυκνοτέρων).
- II) Xen. Comm. I, IV, 12 μέχρι γήρως verbo συνεχῶς ab alio additum est.
- III) Xen. de rep. Laced. III, 5 στρεψάντων αἴσθοιο scribendum est (cdd. στρέψαις; Stob. στρεψάντων).
μεγάλα δ' ἀρετά
- IV) Pind. Pyth. V, 98 Boeckhium maxime secutus restituendum esse censeo:
δρόσω μαλθακῆ
ῥανθεῖσα κόμων θ' ὑπὸ χεύμασιν.
ἀκούοντι τοι χθονίᾳ φρενί.
ἀρετὰ laudem significat.
- V) E Pindari dialecto removenda sunt:
- 1) ἐν, quod pro ἐς poetam usurpasse putant.
 - 2) aeolicae formae, quae omissio ν desinunt in οισι. restituendum est οντι.
 - 3) ποί, quod poeta pro πού dixisse putatur; restituendum est cum Boeckhio τοί.
 - 4) σύ, σοί pro τύ, τοί (orthot. τίν); δίδωσι pro δίδωτι.
 - 5) infinitivi εν pro vulgari forma ειν.
-

LIBRARY OF CONGRESS



0 003 054 190 A



130 2 190

LIBRARY OF CONGRESS



0 003 054 190 A